

uestem meam miserunt. Si
mulieres quidem hec fecerunt
Stabant autem iuxta crucem
Iesu mater eius. et soror ma-
tris eius maria cleophae. et
maria magdalene. Cum
uidisset ergo Iesus matrem

magnus oies ille sabban
rogauerunt pylatum ut
frangerent eorum crura. et co-
lerent. Venerunt ergo mi-
lites. et primi quidem fra-
gerunt crura. et alteriusque
crucifixus est cum eo. ad

forte

Plu



- I. Annilla Arca Perkinii.
 II. Federici Naumi Afferio Testamenti Christi.
 III. Examen Theſeum Myhanarum de Carolo.
 studio Re. Linio.
 IV. Naumi. Testamenti Christi falsati in inte-
 gram restitudo.
 V. De noſtra cum Christo in ſacramenti Con-
 iunctione Gaſparii Laurentii.

EX LIBRIS
 ILLUSTRISSIMI VIRI,
 DN. DAN. LVDOLPHI,
 LIB. BAR. de DANCKELMANN,
 S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII
 STATUS INTIMI, cetera,
 BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ
 TESTAMENTO RELICTIS.

Ad. 23

De corpore scripturae
 Deo & Natura Dei 5.
 Vita Dei 7.
 gloria Dei & Beatitude 11.
 Personis Divinis 12.
 Obiit & Decreto Dei 15.
 Prædestinatio & Græcia 18.
 Angelis 19.
 Homine & statu In-
 nocentie 20.
 Lapsu Angelorum 23.
 Lapsu hominis & sta-
 tu ante & post 25.
 peccato Originali 26.
 peccato Actuali 31.
 Cui poena peccati 35.
 Decreto electionis &
 de eis factis Jesu Xpo 36.
 Unione naturarum in Xpo 39.
 Distinctione naturarum 41.
 Momen Christi 42.
 Extremis verbis ex
 quædam Decretum electionis
 de Decalogo 52.
 De primo mandato 55.
 De secundo mandato 61.
 De tertio mandato 76.
 De quarto Mand. 85.
 De quinto mandato 92.
 De sexto mandato 103.
 Mandato septimo 117.
 Mandato octavo 129.
 Mandato nono 139.
 Mandato Decimo 146.
 De Usculegis 148.
 De Foete Gratia 150.
 De Sacramentis 152.
 De Baptismo 154.
 De Uscule Dni 159.

xxxv. De gradibus & cau-
 sionis Decretum electionis 162. **Reprobationis** 169.
 xxxvi. De 1 gradu De 171. De statu Repro-
 bationis amoris Dei 163. horum quando sunt
 xxxvii. De 2 gradu De 172. **Reprobationis**
 clarioris amoris Dei 172. **Reprobationis**
 xxxviii. De 3 gradu De 175. **Reprobationis**
 De clarioris amoris Dei 175. **Reprobationis**
 xxxix. De Resurrectione **Reprobationis**
 tia & eis factis 180. **Reprobationis**
 xl. De Iustitia Militia 181. **Reprobationis**
 xli. De primo Conflictu 183. **Reprobationis**
 xlii. De secundo Conflictu 185. **Reprobationis**
 xliii. De tertio Conflictu 188. **Reprobationis**
 xliii. De tolerancia Crucis 191. **Reprobationis**
 xlv. De Invocatione **Reprobationis**
 ne Dei 193. **Reprobationis**
 xlvi. De Apologia **Reprobationis**
 et Martyria 196. **Reprobationis**
 xlvii. De aedificatio-
 ne et elemosina **Reprobationis**
 inter fideles 197. **Reprobationis**
 xlviii. De quarto Gra-
 du declarationis Amo-
 ris Dei et de statu **Reprobationis**
 Elektorum quando **Reprobationis**
 sunt mortui 199. **Reprobationis**
 xlix. De statu Ele-
 ktorum in ultimo Ju-
 dicio 200. **Reprobationis**
 l. De statu & Ele-
 ktorum post ultimum **Reprobationis**
 Judicium 202. **Reprobationis**
 li. De ordine causa-
 rum salutis iuxta Eccl-
 siam Romanam 205. **Reprobationis**
 lii. De Reprobati-
 onis Decreto 214. **Reprobationis**

Liii. De executione
 Liiii. De Reprobatione
 Lv. De Damnatio-
 ne Reprobatorum in
 ultimo iudicio 224
 Lvi. De statu Re-
 probatorum in In-
 ferno 224
 Lvii. De Prædestina-
 tionis applicatione 225

3

In hoc libello sunt

1. Annilla aurea.
2. Iodoci Naum Asserrio Test. Chri
yã mysterio machos
3. breue Examen Thesum Mylian.
Theoph. Fischeri
4. Iod. Naum. Test. Chri in integritate
restitutio
5. Laurentii de unam Sac. c. Chri
coniunctione.

ASSERTIO *De Pincis*
SACROSAN-
CTI TESTAMENTI
CHRISTI CONTRA MY-
ΣΤΗΡΙΟΜΑ'ΧΟΥΣ:

IN QUA EXPLICATUR *Pro Altari 14.
Pro Uirgine 73.*

- I. *Quae sint antiquae Cænae Dominicae ce-
remoniae & ritus.*
- II. *Qui sint ejusdem precipui fines. Adcedit, ut
implet etc. 82.*
- III. *Qualis sit corporis Christi manduca-
tio, & an corpus Christi crucifixum
in escam piis propositum acceperit
propria Deitatis attributa.*
- IIII. *Qui Cænam Domini accedere, & qui
ab ea abstinere, vel, si accedant, ar-
ceri debeant.*

*De Pincis in sacramentis cum Christo conjunctione
et aliis arch. Casp. Larnetio. et aliis hanc. Leuox 80*
PER JODOCUM NAUM SÜNTZHEI-
mensensem, Ecclesiae Sigenensis
ministrum.



SIGENÆ NASSOVIORUM
Ex officina Christophori Corvini.

MDLXCVI.

ASSERTION

22022

COPIES

OF THE

CONSTITUTION

OF THE

UNITED STATES

OF AMERICA

AND

THE

DECLARATION

OF INDEPENDENCE

AND

THE

ARTICLES

OF CONFEDERATION

AND

THE

CONSTITUTION

OF THE

UNITED STATES

OF AMERICA



A

S

M

L

E

L

L

L

L

L

L

L

L

L

L

L

L

L

L

L

L

L

L

L

L





AMPLISSIMO CON-
SULTISSIMO Q. VIRO, DO-
MINO ANDREÆ CHRISTIANO,
J. U. Doctore, generosi ac illustris Domi-
ni Joannis senioris, Comitis Nassovii
Cattimelibocensis Consiliario intimo,
Domino suo perpetuâ observantiâ co-
lendo S.



U E M à me toties efflagitasti
de Cœna Domini tractatum,
clarissime ac consultissime
Doctore, domine perpetuâ mi-
hi observantiâ colende, eum,
uti stipulata manu à vobis
discessurus receperam, typis Corvini nostri edi-
tum ad te transmittito, tibiq; viro mihi amicis-
simo dedico. Hoc enim verè testari possum, ex
quo tempore, post varias rerum mearum me-
tamorphoses, in hunc illustrem Nassovicum Co-
mitatum susceptus sum, inter alios patronos,
quos Deus mihi in hisce locis peregrino excita-
vit, te, virum amplissimum, & dominum Joan-

A ij

nem Altgeldium præcipuos, quorum magna
semper apud illustres & generosos nostros Co-
mites autoritas fuit, pro paterna Dei volunta-
te mihi diu multumq; á veritatis hostibus agi-
tato & respirationis indigo contigisse. Cate-
rúm cüm alia ratione non liceat mihi hæc tua in
me collata merita paribus meritis redimere, ta-
citâ animi benevolentia perpetuo sum te prose-
quuturus, nec prætermittam, quin apud te vi-
cissim mea in te propensionis & grati animi te-
stificationem deponam. Oro autem Deum pa-
trem Domini nostri Jesu Christi, ut propter Ec-
clesiam, quam tibi cura esse certò scio, diu te no-
bis incolumem & nos misericordie sue vasa in-
gratia ad ultimum vitæ spiritum clementissi-
mé conservet. Amen. Sigena, Anno 1596.
16. Calend. Aprilis.

Tuxæ amplitudini

addictissimus

Jodocus Naum, Ecclesiæ Si-
genensis Minister.

ASSER-



ASSERTIO SACRO-
SANCTI TESTAMEN-
TI CHRISTI

Contra μυσνειομάχου,

Ex I. Cor. II. á vers. 17. usque ad finem
capitis deducta.

Hoc veró ita denuntio ut vos non laudem,
quód videlicet non cum emolumento, sed
cum detrimento convenitis.

18 Primúm enim quum convenitis in ec-
clesia, audio dissidia inter vos esse: & aliqua ex
parte credo.

19 Oportet enim etiam hareses inter vos es-
se; ut qui probati sunt, manifesti fiant inter vos.

20 Quum igitur convenitis in unum, hoc
non est Dominicam cœnam edere.

21 Nam unusquisq; propriam cœnam præ-
occupat in vescendo: & hic quidem esurit, ille
veró ebrius est.

22 Enim veró num domos non habetis ad
edendum & bibendum? aut Ecclesiam Dei con-

A ij

temeritis, & pudefacitis eos qui non habent?
 Quid vobis dicam? laudabo vos? in hoc non
 laudo.

23 Ego enim accepi á Domino quod & tra-
 didi vobis: Dominum Jesum videlicet eâ nocte,
 qua proditus est, accepisse panem:

24 Et gratis actis fregisse ac dixisse, Acci-
 pite, edite: hoc, meum est corpus quod pro vobis
 frangitur: hoc facite ad mei recordationem.

25 Itidem & poculum, postquam cœnasset,
 dicendo; Hoc poculum, est novum illud fœdus per
 meum sanguinem: hoc facite, quotiescunque bi-
 beritis, ad mei recordationem.

26 Quotiescunque enim ederitis panem
 hunc, & poculum hoc biberitis; mortem Domi-
 ni annuntiate, usquequò venerit.

27 Itaque quisquis ederit panem hunc, aut
 biberit poculum Domini indigné, reus tenebi-
 tur corporis & sanguinis Domini.

28 Probet autem quisque se: & ita de pane
 illo edat, & de poculo illo bibat.

29 Nam qui edit & bibit indigné, judiciũ
 sibi edit & bibit, non discernens corpus Domini.

30 Propterea inter vos multi sunt infirmi &
 ægroti, & dormiunt multi.

31 Etenim si nos ipsi dijudicaremus, non
 judicaremur.

32 Sed

32 Sed quum judicamur, á Domino castigamur: ne cum mundo condemnemur.

33 Itaque, fratres mei; quum convenitis ad vescendum, alius alium expectate.

34 Quód si quis esurit, domi edat: ne ad iudicium conveniatis. Reliqua veró, quum venero, ordinabo.

APELLANTUR Ecclesiarum ministri speculatores & pastores, non sine gravi causa. Ut enim in specula constituti perpetuó invigilare debent, ne incendium aut hostes urbi noceant: & ut ovibus præpositi attendere solent, ne lupi in gregem impressionem faciant: ita Ecclesiarum antistites sollicité observare decet Satanam ejusq; ministros perpetuó ecclesie Christi insidiantes. Ut autem hostes, dormitante speculatore & civibus securé viventibus, sine ulla difficultate urbes capiunt, & ut lupus, pastore aliis rebus intento, facile in gregem irruptionem facit, lædit dissipatq; eum: ita Satanas in Ecclesia omnia sine ullo labore pervertit, si Ecclesiarum ministri, & Ecclesie ipsæ securé in utramq; aurem stertant. Quod dico, pluribus scripturæ sacræ dictis & exemplis possem comprobare, sed exemplo Corinthiorum ero contentus. Hi enim fidis speculatoribus orbati, sibi elegerunt non pios & de salute auditorum sollicitos, sed ambitiosos, gloriam in ὄψεσιν ser-

monis & lenocinio orationis quærentes. Itaq; Satanas hanc occasionem nactus magno impetu invasit illam Ecclesiam, factionibus scidit, scortationibus dehonestavit, idolothytorum, quæ erant *κοινωνία* dæmoniorum, esum non sine multorum offensione invexit; effecitq; tandem, ut in dubium mortuorum resurrectionis vocaretur. Ad eundem modum Cœnam Domini miris ac variis modis conspurcavit, corrupit & depravavit, atque ita homines peccatis ac ultioni divinæ involvit. Cæterum de reliquis malis á Satana invec̄tis nil jam dicam: considerabo tantum, qua ratione sacramentum Cœnæ fœdaverit. Id veró clarum atque manifestum erit ex verbis suprà recitatis. Itaque illa nobis prius sunt consideranda. Referrí autē possunt ad tria.

I. Enumerat Apostolus vitia & corruptelas, quibus Cœna Domini fuit polluta.

II. Serió Corinthios hortatur, ut corruptelas illas tollant, & omnia in Ecclesia ad Christi primam institutionem revocent & instaurent.

III. Tandem, ne nimia verborum acerbitate, qua usus fuerat, in mœroris gurgitem & desperationis abyssum eos demergeret, adhibuit nonnullas consolationes.

I. Vitia, quibus Cœna conspurcata fuit, duo recenset; unum, quód in factiones scissi non cogitassent de inimicitiiis prius tollendis quám Cœnam accederent, vers. 18. 19. alterum, quód Cœnam Domini in convivium vulgare commutassent

mutassent epulis & poculis indulgentes, non sine pauperum contemptu; qui, cum in commune nil conferrent, convivio illo á ditioribus excluebantur: accedebat hæc quoq; ἀταξία, quód, qui priores advenissent, priores accumbebant, reliquorum tardio^{rem} adventum non expectantes: Turpissimum erat, quód in hac sacra actione non pauci fuissent inebriati, v. 20. 21. 33. 34.

Dehortatur autem Corinthios ab istis vitiis & corruptelis, argumentis tribus: II.

Quia expressé pugnent cum prima Sacramenti hujus ordinatione; eó quód Cœna Sacramentum sit κοινωνία, quæ nobis cum capite Christo & cum omnibus membris intercedit. Unus enim panis, de quo fideles edūt, admonet eos, quód sint unū corpus: Quæ piorū communio & unio per factiones & contentiones necessario disrumpitur. Deinde cum in Cœnæ actione Apostolis particulæ tantum panis & paululum tantum vini data fuerint, manifestum est, á Christo non fuisse institutum convivium, in quo divites inebriarentur, pauperes veró á convivio exclusi contemnerentur. Omnes enim tam divites quám pauperes de uno pane edebant, & de uno poculo bibebant. Et hæc causa est, cur Apostolus institutionem primam illis ob oculos posuerit, ut scilicet ex ejus intuitu cognoscerent, quid cum institutione Christi congrueret & quid ab ea discordaret.

2 Alterum dehortationis argumentum est; quia á prima ordinatione recedentes, rei fiant corporis & sanguinis Christi, v. 27.

3 Tertium, quia irreverenter Cœnam Domini tractantes, á Deo castigentur & puniantur: probat id exemplo Corinthiorum quos Deus propter corruptelas hujus Sacramenti gravissimè visitavit, mortem immittēs aliis, alios morbis difficilibus implicans, v. 29. 30.

III. Porró cùm pii á Domino castigati causam plagarum priús non intelligerent, ea veró ab Apostolo indicata mœrorem & tristitiam in iis pareret: voluit Apostolus afflictos & mœstos solari, ne in desperationem inciderent. Utitur autem hoc argumento: Afflictio & plaga hæc est á Deo patre nostro: ergo nō dubitetis, cum quærere non vestri perditionem, sed potiús ædificationem & emendationem, atque ita vestram salutem, v. 32.

Cæterúm cùm hoc nostro tempore plurimæ corruptelæ tum ceremonias, tum doctrinam ipsam Sacramentalem concernentes, in Ecclesiam Christi invecætæ sint: recurramus etiam nos ad amussim & regulam á Christo præscriptam, & ex ea omnes controversias judicemus & legitimum Cœnæ usum restauremus.

Primúm ergo omnium ostendemus, an in externis ceremoniis, quæ ad sacramentalem actionem á nostris adhibentur, meritó quicquam desiderari aut culpari queat.

Deinde

Deinde cur Christus Cœnam Domini instituerit; & quomodo ab hoc scopohomines aberrerent.

Tertió, qualis sit corporis Christi manducatio.

Quartó, qui Cœnam Domini accedere, & qui ab ea abstinere, vel, si accedant, arceri debeant. *pag: 90.*

I.

DE EXTERNIS COENÆ DOMINICÆ CEREMONIIS & RITIBUS.

INveniuntur hoc nostro tempore multi, qui doctrinam á nostris de Sacramento Cœnæ propositam facile admittunt, & amplectuntur, verum ceremonias toto pectore averfantur, eaq; de causa nostros deserentes Ubiquitariis se adjungunt. His diligenter inculcandum & demonstrandum est, ceremonias in nostris ecclesiis usitatas, nequaquam á prima Cœnæ institutione discordare, sed in omnibus cum ea concordare: eoq; illas recipiendas esse, quantumvis mundus contráfremat frendatq;.

1. Habemus mensas, non altaria. 2. Usurpamus panem usitatum, non hostias. 3. Panem frangimus. 4. Fractum panem damus communicaturis in manus, non ingerimus in ora. 5. Poculum iisdem præbemus. 6. Communicaturi edunt & bibunt panem & vinum sine

discrimine, sive sint jejuni sive cibati. In omnibus á Papa & ejus aſſeclis nobis intenditur: itaq; ordine ostendendum est, nos á Christi institutione non recessisse.

I. De altaribus.

Mensis nos utimur, non altaribus Pontificiis sacrificio destinatis.

Ratio prima.

Si Christus Cœnam super altari administrasset, instituisset eam in templo:

Atqui Christus Cœnam instituit non in templo.

Ergo Christus Cœnam non administravit super altari.

Propositio ex eo liquet, quód altaria tantúm in templis fuère. Assumptio patet ex eo, quód in privatis ædibus Christus mensæ accubuit. Nec Christus ad tribum Levi, sed ad tribum Judæ pertinebat, ex qua nullus attendit altari, Heb. 7.13.

Hoc argumento usus est Lutherus contra Pontificios in libro de abusu Missæ tomo 2. Teutonico Jenæ typis excuso, folio 20. & secundúm editionem Witenbergensem tom. 7. ubi sic scribit contra patronos sacrificii Missatici: *Miror, eos non considerare, Christum in diversorio, non in templo; super mensa, non super altari Sacramentum hoc instituisse & celebrasse, cum lex Mosis severissimé mandarit, ne quicquam extra templum sacrificaretur,*

tur, & Apostolos alioqui studiosos legum Mosaicarum observatores panem fregisse in adibus privatis, non in templo.

Ratio secunda.

Illis opus est altaribus, qui habent externa sacrificia.

Atqui nos in novo Testamento nulla habemus externa sacrificia.

Ergo nobis non opus est altaribus.

Propositio clara est, quia altaris correlativum est sacrificium externum: illoposito, ponitur etiam hoc, illo sublato, tollitur etiam hoc. Assumptionem fusiús probat autor ad Hebræos. Nam per Christi sacrificium semel peractum abolita sunt externa sacrificia, eaq; de causa dicitur Hebr. 13. v. 10. Christus altare nostrum. Quicumque ergo altaria requirunt, ii revocant externa sacrificia & sacerdotes, atque ita in dubium vocant unicum Christi pro peccatis nostris oblatum sacrificium.

Ratio tertia.

Idololatria organa & Satanae tropea, non sunt in Ecclesiis reformatis toleranda.

Atqui altaria Pontificia fuerunt idololatria organa & Satanae tropea. 7-15.

Ergo altaria Pontificia non sunt in Ecclesiis reformatis toleranda.

Propositionem argumentis tribus confirmo:

tus exhibetur non Christo, sed diabolo. Ergo etiam Pontificia altaria, re ipsa diabolo erant dicata. 2. Jam ante demonstratū est, etiam altaria Deo dicata fuisse confracta, ubi idololatria fuissent conspurcata.

I I. Objiciunt: Si organa idololatriæ destruenda sunt, ipsa quoq; templa sunt evertenda.

Resp. Tempa non fuerunt proxima organa idololatriæ: alioquin ipse etiam aër, in quo idololatria fuisset commissa, fugiendus esset. Ita Manasses & Maccabæus subverterunt nō templum, sed altare tantū, & Christus mensas eiecit templo, templum non destruxit. Tropæa ab hoste in principis ignominiam in urbibus erecta dejiciuntur; at urbes ipsæ si captæ fuerint, illæ conservantur. Quis maritus ferret in conspectu suo lectum adulterio conjugis contaminatum? at idem ædes, in quibus adulterium commissum est, non cupit destructas. In domo Dei multæ profectó factæ sunt fornicationes & adulteria in altaribus tanquam lectis: quid mirum igitur, á Deo lectos illos, conjugii spiritualis conspurcati documenta, fuisse flammis consecratos, ædes ipsas conservatas?

Assumptio clara est & manifesta: quis enim negare ausit, sacrificium Missæ esse idololatriam? Magiam rectiús dixeris, ubi sacerdos pronuntiatione verborum horum (Hoc enim est corpus meum) novum Christum ex pane creat, eumq; adorandum proponit. Et quod inveni-

T. R. 115
T. R. 117:
28

13-5

tur altare, in quo non aliquid idololatricum inveniatur? Cū enim Concilium Carthaginiense quintum canone 14. decrevisset, ut ea tantūm altaria retinerentur, in quibus sanctorum reliquiae asservarentur: factum est, ut impostores, invento calceo aut interula lacera, dente ursi aut leonis, pro reliquiis sanctorū ea vendiderint, rudiq; populo novorum altarium autores fuerint, quibus deinde cultus divinus fuit exhibitus. Cōfirmant assumptionem etiam Polydor. Virgilius lib. 5. cap. 6. de inventoribus: & centuriatores Magdeburgenses in 4. cap. 6.

Ratio quarta.

Quin etiam primitiva Ecclesia non habuit altaria, sed mensas easq; portatiles: & ne prolixus sim in citandis autoribus, inspiciatur saltem quartus Augustini tomus in libro quæstionum Veteris & Novi Testamenti, folio, secundū editionem Basiliensem, 556; ubi contendit, Diaconos non esse coæquandos presbyteris, taxatq; Diaconos Romanos officium suum non facientes: Verba ejus hæc sunt: *Romane Ecclesie Diaconi modico inverecondiores videntur: aliās enim altare portarent & vasa ejus, & aquas in manus funderent sacerdoti, sicuti videmus per omnes Ecclesias, & sicuti constitutum est á Domino per Moysen.* Ideo centuriatores Magdeburgenses consignarunt circa annum Christi 1209, in templis conspectas esse lignas mensas, in quibus Cœna celebraretur. Negari tamen non potest, lapideas men-

ALEXANDER
Ages
U...

ALEXANDER DE ALES *utitur* Scholasticorum Tom. IV. q. 36. memb. 3. ta
 tem habet narroem: *EST* Roma in Ecclia Lateranensi altare ligneum
 quod quidem Altare ob Apostolorum principis; q sup hoc altare Domi.
 DE ALTARIBUS. *In quibus celebrasse*

mensas sive aras in locis nonnullis, multis ante
 seculis fuisse constitutas, quam abominandum
 & novum illud expiatorium sacrificium a Papa
 introduceretur. Nam Sylvester Pontifex Rom.
 qui vixit circa annum Christi 315, temporibus
 Constantini Magni, mandavit (ut referunt Jo-
 hannes Gerson lib. 4. contra Floret. & Gabriel
 Biellectione 3.) ut ligneis mensis altaria substi-
tuerentur. Huic mandato quasdam Ecclesias
paruisse, quasdam autem non obtemperasse
 apparet ex historiis Ecclesiasticis. Caterum
 anno Christi circiter 430 effectum suum con-
 secutum est mandatum Sylvestri in tota fere
 Europa. Nam altaria exstructa sunt ubiq; lo-
 corum, in templis, in vepretis, in montibus, in
 apertis campis, in convallibus. Huic autem ma-
 lo ut obviaretur, statuit Concilium Carthagi-
 nense quintum canone 14, ut altaria multipli-
 cantes coercerentur.

Hac non ita accipi velim, quasi stricte ligne-
 as requiram mensas: Nam lapidea mensa non
 displicebit, si idololatriam non fuerit polluta.
 Quod ipsum probat etiam Pomeranus, in ex-
 plicatione capitis decimitertii ad Hebraeos sic
 scribens: Ad venerandum illud corporis Christi Sa-
cramentum sumendum, non opus est altari, nisi illis qui
sacrificium ex Testamento Christi fecerunt &c. Nihil
 retulerit, seu lapidea seu lignea mensa sit, nisi dicas,
 Christum peccasse, qui in lignea mensa creditur co-
 nassse.

*dicatur sacramentum
 et sanctorum ite
 decessorum Marty
 rum reuerentiam
 licet B. Sylvester
 Papa, deinde im
 lat, ut nullum de
 incipit altare est,
 nisi Lapidem,
 hoc in Domini
 cum, et patriarcha
 le ipse idem Sylvester
 papa stabilivit
 altare, ut sup
 illud nulli nisi
 Romani Papa
 missam auderet ce
 lebrare. Ad Epi
 copatu. n. Apostolorum
 principis, hoc ad
 tempora B. Syl.
 vestri peccatoru,
 caruente rabie terra non
 mit Episcopalis
 statio; et id ubi
 longq; necessitas
 consulit, huc in
 aipstis, sine indo
 mung religiosorum
 sine alijs locis,
 quibusdam missa
 celebrabatur sup
 altare ligneum
 in modum archa
 ubi unq; Episcopus Rom.
 latitabat: hoc quod die Cai
 na, et sabbato sequenti
 a summo Pontifice ministerio
 pagitur sacerdotale.*

*concauam, quod porta batur a sacerdotibus
 B ubi unq; Episcopus Rom.
 latitabat: hoc quod die Cai
 na, et sabbato sequenti
 a summo Pontifice ministerio
 pagitur sacerdotale.*

polio vel ex aliis privatis ædibus allato? Nō nos offendit aqua, non agnus, nō vinum vulgare, & panis vulgaris sive cibarius nos offenderet? Insani ergo sunt, qui Cœnā Domini administraturi, tabellarium numularios panes sive hostias allaturum, Coloniam aut Francofurtum ablegant, tanquam illis in privatis ædibus non esset panis huic sacræ actioni conveniens. Cur iidem non curant ex Pontificiis locis vinum singulari ratione confectum sibi afferri. Hoc extra controversiam est, Sacramenta appellari *σφραγίδας* sive sigilla. Quis veró nescit, ceram obsignandi munere fungentem esse vulgarem & in publicis tabernis emi? & annulus aureus vel argenteus á sponso sponsæ in spē futuri conjugii datus quid differt, si materiam spectes, ab alio argento aut auro? Num sigilla aut annulum abjicies, quia constant ex rebus nobis notissimis? Quid quód Christus eo panis genere in Sacramento Cœnæ usus est, quo mediāte, carnes agni paschalis edit? Verúm quis non intelligit, numularios illos panes ineptos & inutiles futuros fuisse ad carnes agni absumendas? Sed quid ego hæc? Certé *frangendi* verbum, quo utuntur Evangelistæ de pane, satis convincit evidenter hostiarum patronos contumaciæ & *φιλονεικίας*. Frangimus enim quæ *minora* esse cupimus. Dum itaque Evangelistæ testantur, á Christo fractum esse panem, docere volunt, magnum fuisse Christo in illa Sacramenti actione panem, necessarió

frangendum & cōminuendum, ut omnes edere possent de uno pane, adumbrante unicū mysticum Ecclesiæ corpus, cujus caput est Christus.

Sed lubet intueri etiam exempla Ecclesiarū proximē sequentium Apostolorum tempora, ut magis clarū fiat, hostias à Papa introductas, non à Christo ordinatas, nec ab Ecclesiis puris usurpatis. Ergo primum locum obtineat Dionysius, quem vulgò Arcopagitam vocant, qui vixit circa annum Christi 96. Is in parte tertia capitis tertii de Ecclesiastica Hierarchia sic scribit: *Præsidem sacrorum coopertum & indivisum panē in frusta conscindere, & unum calicem omnibus dividere.* Quod si ergo panis unus, integer & indivisus in partes dissectus fuit à supremo Ecclesiæ ministro, utiq; hostiæ sive numularii panes in usu non fuerunt. Vox enim (indivisum) continuum notat quantitatem, cūm hostiæ ad discretam referantur. Hisce consonat illud Clementis Alexandrini sic in vestibulo libri primi, stromatum scribentis: *Cūm quidam, ut mos est, Eucharistiam dividerunt, permittunt unicuiq; ex populo, ejus partem sumere.* Constat etiam ex Gregorio, ex Durando lib. 4. cap. 53. ex Cassandri liturgia, ex centuria 4 Magdeburgensium fol. 428. ad usum cœnæ totum panem solidum in partes dissectū & inter communicantes distributum esse, circa annum Christi quadringentesimum. Huc refer quod Johannes Boëmus Aubanus Teutonicus, stans à partibus Papæ scripsit lib. 2. cap. 12. pag.

55. de gentiū moribus, legibus, ritibus, ubi agit de Asia: *Apud Schismaticos quosdam tantæ magnitudinis unus panis consecratur, qui á sacerdote in scutella comminutus, omnibus communicantibus satis esse possit.*

Azymus autem panis á Papa Alexandro, imperante Adriano, circa annum Christi 117 est in Ecclesiam introductus: Magnus tamen semper est pistus & publicé deinde in partes scissus, ut apparet ex Platina, Sabellico, Polydor. Virgilio de inventoribus rerū lib. 5. cap. 10. Introductio autem hæc azymi panis occasionem deinde præbuit Papis invehendi parvas illas hostias, quibus hodie Pontificii & Synuistiæ utuntur. Quando veró numularii isti panes invecti fuerint, mihi nondum licuit veré cognoscere. Orientales Ecclesiæ azymum panem semper repudiarunt, & ejus abrogatio petita sæpe est á Papis Romanis, ut ex Synodo Florentina & Platina liquet; & á sententia sua orientales Ecclesiæ, urgente eas Turca, deturbatæ sunt Phocæ Cæsaris demum tēpore. Et cūm cibarius panis antiquatus esset, & hostiæ introductæ, multi hoc factum improbarunt, hostiasq; per contemptū vocarūt nummularios panes & minutias nummulariarum oblatarum, imaginariæ & umbratilis levitatis, ut patet ex Gregorio Magno, ex expositione ordinis Romani & Cassandri liturgia.

III. De fractione panis.

Tertium, quod in nostris Cœnæ Dominicæ ceremoniis taxatur, est, quód panis frangi-

B iij

*Panis Azymus
quod in trochæo.*

*cc Nummularii
cc in panes vel
hostias quod in
trochæo.*

*Nummularii
vel panis oblatæ
relicti.*

tur & in partes fractus in populum distribuitur.
Verum nos hunc ritum argumentis firmis stabilisemus.

1. Expressa verba Christi habemus: hoc facite: Jussit autem edere, non quemvis panem, sed ante discipulorum oculos fractum. Huic itaque mandato obtemperandum est.

2. Fractio panis representat fractionem corporis Christi: propter quam *ἀναλογίαν* fractio necessario est in Ecclesia retinenda. Ideo Apostolus ad panis fractionem in Ecclesia usitatam respiciens dicit: hoc est corpus meum, quod pro vobis frangitur.

3. Habemus exempla primitivæ Ecclesiæ, in qua itidem Apostoli, mandati Christi memores, panis fractionem nunquam intermiserunt: quod vel ex hisce Pauli verbis liquere puto: *Panis quem frangimus, nonne est κοινωνία corporis Christi?* 1. Cor. 10. v. 16. Et ex actis cap. 2. v. 42. manifestum est, fractionem panis tantum in primitiva Ecclesia autoritatis fuisse, ut illius nomine universam Cœnam cōprehenderint. Et hæc fractio panis semper in Ecclesia fuit conservata, usque ad tempora Antichristi, Christi ordinationem subvertentis. Ideo Clemens Alexandrin. lib. 1. Stromatum scribit: *Eucharistiam cum quidam, ut mos est, dividerint, permittunt unicuique ex populo ejus partem sumere.* Huc facit illud Nicephori Callisti lib. 17. cap. 25. hæc in historia Ecclesiastica referentis: *Cōsuetudo a multo tempore imperanti urbi fuit, ut cum plusculum de partibus (quæ sic dicuntur respectu totius)*

*Fractio panis
7. Cœna D.*

totius) immaculati corporis Domini reliquū esset, sacerdotēs pueros incorruptos ex eis, qui ad preceptores in ludum literarium eunt, accerserent, qui jejuni reliquias eas ederent. In Papatu remanserunt quædam vestigia veteris illius ritus: Nam hostia in calicem mittenda frangitur: & publicè cantatur:

Null: rei sit scissura, signi tantum sit fractura.

Nec Lutherus abhorruit à fractione panis: Sic enim scribit in 2. tomo Latino Jenæ typis mandato, in libro de abroganda Missa privata, fol. 477. Hic verò vide, ut Missarum universalium ritus hodiernus cum Evāgelio faciat: omnes tres Evangelistæ, ut etiam Paulus, memorant, panē esse à Christo fractum & datū discipulis. Quid autē est frangere, nisi in multa partiri? quid dare discipulis, nisi partitū aliis distribuere? Si ergo Missa instituta est & exemplum Christi referre debet, necesse est, ut nulla unquā fiat, nisi Eucharistia frangatur, & multis distribuatur per sacerdotem. Si autem aliqua aliter perficitur, non est Christiana Missa, nec cum instituto Christi ulla ex parte convenit. Et pauló post. Confer nunc istos antichristos cum Christo: hic frangit & partitur in multos & partitū distribuit: isti contra per omnia nullis frangunt & sibi solis sumunt, nisi quod simulāt quandam fractionem: Et ubi manet verbū Domini, hoc facite? cur illi faciunt aliud & cōtrarium?

Objiciunt adversarii, frangere in Cœnæ institutione significare idem quod distribuere.

Resp. 1. Sic tropus in verbis testamenti constituitur, quem illi averfantur. Nam propriè loquendo fractio respicit continuam quantitatem, distributio discretam, quomodo ergo

B iiij

Judicis continua, cujus est frangi

Discreta cujus est Distribui.

Lutherus

5. 20

æquipollere queant? Si puero bacilli dentur & eidem dicatur, ut eos frangat, non profectó eos distribuet, sed in partes comminuet. ¶ 2. Procedunt á particulari ad particulare: Frangere aliquando significat distribuere, ergo etiam híc in Cœna Domini. ¶ 3. Si eorum sententia admitteretur, constitueretur in Cœna crassa & inepta *παιδιολογία*. Dicitur enim, fregit & dedit discipulis: resolve verba ac sic sonabunt: distribuit panem inter discipulos & jam distributum dedit. Verúm quod jam anté distributum est, non est ampliús in nostris manibus, eoq; dari non potest. ¶ 4. Si frangendi verbum notat distributionem, quomodo intelligent hæc: Panis est corpus meú quod pro vobis frangitur? Num etiam Domini corpus distributum est in cruce, ut ore manducaretur? Nã hæc *ἰσοδωαμῆντα* sunt, quod pro vobis frangitur, scilicet in cruce & quod pro vobis traditur in mortem. ¶ 5. Dicitur quidem Esaiæ 58. panem frangendum esse esurienti: verúm talis ibi notatur distributio quam præcessit fractio. Quis enim omnibus esurientibus cætervatim quotidie confluentibus integros semper panes præbere posset?

IV. Symbola in manus damus, nõ ori ingerimus.

Accusamur porró, qđ laicis in manus damus externa elementa: ingestioq; in ora á nobis requiritur. Sed nos argumentis firmis monstrabimus, malitiosé eo nomine nos traduci.

Primó expressé dicitur in textu institutionis: λάβετε, accipite: hoc certé manu fit: quod
veró

veró ore perficitur, exprimitur verbo φαγετε, edite. Ministri nostri jussi aliquid accipere, manus extendunt & ora non parant ad illud excipiendum. Hinc λαβῆν, λαβῆς significat omne id, quo res apprehenditur, ein heft oder handhab.

Deinde ex Lucæ 22. cap. v. 17. apparet, Christum poculum non dedisse singulis, sed primo tantum, primum autem illud porrexisset secundo, secundum tertio &c. Ait enim, Accipite vos poculum & partimini vobis ipsis.

Tertio, dum prohibentur Laici á contactu symbolorum, ignominia notantur summa, scilicet quasi non mundati sint sanguine & spiritu Christi. Verum est, nos fuisse immundos, sed abluti, sed sanctificati, sed justificati sumus in nomine Domini Jesu & per spiritum Dei nostri, I. Cor. 6. v. 11.

Cum itaque totum corpus piorum sit sanctificatum, cur manus impuræ judicarentur & indignæ, quibus signa acciperentur? Quis immundum judicaret, quod Christus mundum pronuntiavit Acto. 10. v. 15? Aut num os purius est manu? Plus profectó ore quam manu peccatur. eaque de causa etiam ori negandum esset sacramentum.

Quarto in ecclesiis proximè secutis Apostolorum tempora in manus dabantur symbola, non ingerebantur ori.

Clemens Alexandrinus lib. 1. Stromatum statim in principio scribit: *Eucharistiam; cum qui-*

dam, ut mos est, dividerint, permittunt unicuique ex populo ejus partem sumere.

Cyprianus lib. 5. de lapsis fol. 222. secundum editionem Frobenianam: *A' Diaboli aris revertentes ad sanctum Domini sordidis & infectis nidore manibus accedunt, & Domini corpus invadunt, plus in Dominum manibus atque ore delinquant, quam cum Dominum negarunt.*

Chrysostomus sermone tertio capitis primi ad Ephesios fol. 969. hortans auditores, ut corde puro accedant Domini Cœnam, sic scribit: *Quomodo comparebis ante tribunal Christi, qui manibus & labiis immundis ipsius audes contingere corpus? oro te an voles manibus illotis ad oblationem accedere? non arbitror; sed mallet utique potius omnino non accedere, quam sordidis accedere manibus. Cum ergo in modico sis tam religiosus, audes accedere & contrectare, cum animam habeas impuram?*

Nazianzenus in oratione prima contra Julianum folio 759. secundum editionem Basiliensem Hervagianam, sic scribit: *Julianus apostata, impuro & nefario sanguine lavacrum extergit. initiationi nostræ execrabilem initiationem opponens, manusq; suas profanat, ut nimirum eas ab incruento illo sacrificio elueret ac repurgaret. Quorum verborum hic est sensus: pristinam Christianismi professionem execrari cœpit, ut quicquid sanctitatis antè contraxisse videbatur, omnibus modis eluere ac extergere conaretur. Ut itaque sanctitatem, quam ipsi baptismus comparârat, eraderet, ne-*

ret, nefario victimarum cruore se commaculavit: rursus, ne quid sanctitatis manibus ex Eucharistiæ contactu superesset, eas omni studio inquinavit & profanavit.

Sic legitur in tripartita historia apud Theodoritum lib. 9. cap. 30. cum Theodosii Imperatoris jussu septem millia hominum essent occisa, in civitate Theffalonica, propter iudices in seditione trucidatos, quod Ambrosius alloquutus fuerit Theodosium, sacramentum Cœnæ appetentem, in hunc modum: *Quomodo manus extendes, de quibus adhuc sanguis stillat injustus? Quomodo hujusmodi manibus suscipies sanctum Domini corpus? Quomodo ad os feres, id est, ori admovebis pretiosum sanguinem Christi? Recede igitur, recede.* Vide etiam Nicephorum libro 12. cap. 41. Huc faciunt plurimum quæ Eusebius lib. 7. cap. 8. & Nicephorus lib. 6. capite 9. ex Dionysii epistola, de quodam ab hæreticis baptizato, & petente baptismum à Dionysio, in hunc modum scribunt: *Cum gratiarum actionem in ecclesia audiisset, & ad illam uná cum aliis Amen succinuisset, mensa astitisset, manus ad suscipiendum sanctum cibum extendisset, illum etiam accepisset, & longo jam tempore corporis & sanguinis Domini particeps fuisset; non ausus sum eum denuo baptismati initiare.*

Adjungam hisce aliã historiam, causæ nostræ inservientem: Vir quidam, Macedonio adhærens, fuit per Joannem Chrysoptomũ in rectam viam revocatus: Hic cum sæpius etiam conju-

gem in suas partes trahere, sed frustra, conaretur: ei divortium minatur. Mulier minis territa simulat eandem religionis professionem: accedit Cœnam cum Orthodoxis: famulæ tamen domi dat alium panem profanum, ut eo, loco ejus, quem præbiturus erat minister Domini, vesceretur: verum dum hoc tentat mulier, panis in lapidem congelascit, atque ita per miraculum á Macedonianis abstrahitur. De hac ergo sic scribit Sozomenus in tripartita historia lib. 8. cap. 5. & Nicephorus libro 13. cap. 7. *Mulier donum (panem ex dono ecclesiæ oblatum) accepit, atque id retinens, perinde atque orationi vacatura, se inclinata summisit, mysteriumq; sacrosanctum occuluit, & quæ ei assistebat ancilla, pro eo panem communem domo allatum obtulit, quem illa ori admovens, in lapidis naturam induratum esse, dum dentibus atterere conatur, sensit.*

Uah! a fortias.

Porró etiam Cornelius Episcopus Romanus scribit de Novato, quód sacramenta dividens populis, accipiētium manus tenuerit, nec prius permiserit sumere, quám per ea sibi, quæ unusquisq; tenebat in manibus, jurasset, quód nunquam, se relicto, ad Cornelium remeaturus esset. Eusebius lib. 6. cap. 33.

Lutherus

Quin etiam Lutherus ipse huic ceremoniæ favit. Sic enim scribit in secundo tomo Teutonico Jenæ typis mandato, in libello de duabus sacramenti speciebus, á fol. 94. usque ad fol. 99. *Certum est, esse tantum traditiones & doctrinas hominum,*

num, manibus non contrectare externa sacramenta
 &c. Ex mandato & in nomine Jesu Domini nostri dici-
 mus, eos, qui manibusprehendunt sacramentum, non
 debere ea de causa esse conscientia turbatoris. Item:
 Mendacium est hominis, qui dicit, Christum sacramen-
 tum ingessisse ori, & non in manus id dedisse. Item:
 Christianus creatus est non propter sacramentum, sed
 sacramentum institutum est propter hominem: Et si cæ-
 ci ductores disputant, an hoc sacramentum sit contre-
ctandum.

Consulantur etiam centuriatores Magde-
 burgenses qui ex Beda referunt, etiam circa an-
 num Christi octingentesimū adhuc sacramen-
 tum manibus acceptum & ori admotum fuisse:
 In primis verò inspiciatur centuria 3. cap. 5. fol.
 145. & cent. 4. cap. 6. fol. 429. & centuria 8.

Quintò negari non potest, eam ceremoniã,
 qua Laici, quos vocāt, á contactu symbolorum
 arcentur, ortum habere ab Antichristo, Satanæ
 satellite, filio illo perditionis. Nam in tertia
 parte decretorum de consecratione, distinctio-
 ne 1. cap. 41. & distinct. 2. cap. 23. mandat jus Ca-
 nonicum sive Pontificium, ut sacra symbola
 non ab aliis quàm á sacratis dominoque dicatis
 hominibus contrectentur. Scio, Pontificios se
 excusare jure Mosaico, verum cum leges cere-
moniales á Christo abolitæ sint, non sunt

illæ in novo Testamento
 requirendæ & re-
 vocandæ.

V. Pontificios calices abolevimus.

Accusantur etiam nostri, quód Pontificios calices confregerint, & alia cujuscunq; sint materiæ & formæ introduxerint pocula. Itaque ostendendum est, eam accusationem esse injustam.

1. Evangelistæ generali utuntur voce *ποτήριον*, qua quodvis vas notatur, quo homines uti possunt inter bibendum. Nam originem trahit á *πίνω*, quod in genere significat bibo. Est etiam hæc vox apud Germanos quosdam usitata. Hinc illa: *Ein potz/potgiesser*. Itaque *calicis* vox, quæ Latina est, nos non premit, cüm novum Testamentum non in Latina, sed in Græca lingua sit conscriptum. Quanquam etiam hæc ipsa *calicis* vox generaliter pro quovis poculo sumitur, ut liquet ex illo trito: *Multa cadunt inter calicem supremaque labra*. Respondet autem ei apud Græcos *ἡ κύλιξ* & apud Germanos *Kelch*: Quæ voces usitatæ fuerunt, etiam antequam *Papatus* nomen fuisset auditum.

2. Cæterúm probé hoc notandum est, calices Pontificios á nostris esse confractos, non propter eorum formam, sed propter idololatriam, cujus organa & tropæa fuerunt: Quod si Pontificiorum idolomania non conspurcati sunt, censeo, eos esse retinendos. Ratio ergo tertia suprà contra hostias allata, híc quoque locum habet.

Porró

Quis unquam dicit hanc ueram formam esse Calicis?

Porro nullo unquam tempore ecclesia fuit
alligata certæ formæ & materiæ calicis. Hæc ita-
que libertas nobis quoque est relinquenda.

Primùm omnium constat, ecclesiam usam
fuisse lignis poculis: sic enim dixit Bonifacius
Martyr & Episcopus: *Olim Episcopi fuerant aurei
& habebant lignea vasa: jam Episcopi nostri sunt lignei
& habent aurea vasa.*

Deinde Zepherinus 16. Romanus Episcopus
mandavit, ut abolitis lignis vasis, vitrea intro-
ducerentur. Eo nomine commendavit Hiero-
nymus Exsuperium Episcopum, quòd, negle-
cto mundi splendore, usus esset in Cœnæ admi-
nistratione canistro vimineo & vitreo calice.

Tertiò, Urbanus primus, Papa 18. antiquavit
vitrea, & imperavit ecclesiis, ditioribus quidem
aurea vel argentea: pauperioribus, stannea. Vi-
de tertiam decretorum partem de consecratio-
ne, distinctione 1. cap. 44. 45. pag. 704. Item Se-
bastianum Franck in vita Severini fol. 19. Ur-
bani fol. 20. Ambrosii fol. 88. Item centuria-
tores Magdeburgenses centuria 3. cap. 5. folio
146.

Quin etiam pii Episcopi sæpenumero in ca-
su necessitatis vendiderunt aurea vasa: Quod
certè nunquam facturi fuissent, si aureorum
vasorum tanta fuisset necessitas. Cyrillus va-
sa sacrataque vela distraxit, ut egestati popu-
li subveniret. Sozomenus in tripartit. lib. 5.
cap. 37. Nicephorus libro 9. cap. 46. & Aca-

cus, Amidæ civitatis Episcopus, redemit Persarum milites á militibus Romanis captos & fame feré consumptos, venditis vasis ecclesiæ; famelicos refecit, tripart. historia lib. II. cap. 16. Nicephorus lib. 14. cap. 22.

Lutherus quoque docuit, posse Cœnam Domini administrari in vasis domesticis non consecratis. Vide tomos Teutonicos Jenæ impressos, in libello docente sub duabus speciebus sacramentum accipiendum esse, fol. 94. 95. 96. 97.

VI. An cibati sint á Cœna arcendi, & jejuni tantúm admittendi.

Sunt ad Cœnam admittendi sine discrimine & jejuni & cibati, modó in fide & pietate accedant.

Ratio 1. Quia nullum uspiam in scriptura sacra extat mandatum, per quod cibati arcerentur ab usu hujus Sacramenti.

Ratio 2. Quia in prima hujus Sacramenti institutione & celebratione omnes erant esu agni Paschalis anté saturati, ut Evangelicæ testantur historiæ.

Ratio 3. Quia non Christus, sed Antichristus ordinavit, ut jejuni tantúm ad Cœnam Domini admitterentur. Sic enim sancitur in Jure Canonico in tertia Decretorum parte, de consecratione, distinctione prima cap. 49. Sacramenta altaris non nisi á jejunis hominib. celebrentur. Nam si aliquorum pomeridiano tempore defun-

defunctorum, sive Episcoporum sive ceterorum commendatio facienda est, solis orationibus fiat, si illi, qui faciunt, jam pransi inveniantur. Vide etiam cap. 54. citati juris Canonici.

Ratio 4. In magnis Ecclesiis hæc sacramentalis actio in multas sæpe horas protenditur; qui igitur infirmi corpore adessent, in λειποθυμίαν facile inciderent, si hoc mandatum Pötificium tam stricté esset servandum. Quin etiam constat, spiritum internū in meditatione per corpus debile facile perturbari & impediri, per cibum autem modicé sumtum juvari. Ut igitur infirmi beneficiū liberationis nostræ in Christo exhibitum meliús considerare ac Deo gratias agere, simul etiam fidem per externa sacramenta cōfirmare possint: per cibi negationem & subtractionem pietas & zelus hominis non est retardandus vel infringendus, ubi Christus libertatem concessit.

Ratio 5. Hæc consuetudo abstinendi á cibis in perceptione Sacramenti conjuncta est apud multos cum impia superstitione. Nam quia opinantur, corpus Christi latere sub pane, & in accum pane ore excipi, volunt hunc honorem Christo deferre, ut priús corpus hominis ingrediatur, quám ullus alius cibus admittatur, ne cum aliis ventris cibis misceatur. Hinc sunt crassæ illæ & impiæ opiniones: si corpus Christi comesum & ejusdem sanguis bibitus per vomitum reddatur, esse eas reliquias igni combu-

rendas : Item non esse in terram spucendum.

» Cæterum hæc ideo propono, non ut notem
 // eos, qui communicaturi sine superstitione ci-
 // bo abstinent. (Nam qui ideo jejuni accedunt
 // Cœnam, ut ardentiorib. precibus & attentiori
 // meditationi vacare possint, laudandi sunt) sed
 // ut libertatem á Christo nobis concessam infir-
 // mis retineam.

II.

DE FINIBUS COENÆ
Dominicæ.

IN legitimo Cœnæ Dominicæ usu duo requi-
 runtur, unum, ut iidem ritus & ceremoniæ
 quas Christus instituit, retineantur. Solius e-
 nim Dei est, externum cultum instituere: Id-
 eo Deus ait: Frustra me colunt mandatis ho-
 minum, Esa. 29. v. 13. Matth. 15. v. 9. Alterum ut
 respiciatur ad eos fines, quos Christus in insti-
 tutione hujus sacramenti sibi propositos habuit.

*Ab homine Christiano
 duobus modis
 1- Finis Confir-
 mare Fidei.* Nos in priori parte de externis á Christo
 præscriptis ceremoniis egimus: nunc porró fi-
 nes Cœnæ Dominicæ considerabimus. Offer-
 tur autem is nobis duplex, unus, ut fidem no-
 stram cõfirmet, alter, ut nos excitet ad studium
 bonorum operum, ad gratiarũ actionem Deo
 & Christo pro beneficio liberationis præstan-
 dam & ad fraternam caritatem.

Cæterum quæ est nostra fides per sacramen-
 tum

tum Cœnæ confirmanda? Hæc scilicet, quod propter Christum in mortem traditum, non simus, uti promeriti fueramus, tradendi in manus irati Dei, & in potestatem Diaboli homicidæ, nec abjiciendi in æternam gehennam, sed potius donandi gratia & favore Dei, remissione peccatorum, Spiritu S. nos ad imaginem Dei refingente & plena vitæ æternæ possessione. Sed quæ nos corroboramus? scilicet quorum labefactionem, destructionem & ruinam metuimus. Quæ verò nostram fidem infestant & impugnant?

I. Caro nostra, in dubium vocans Dei promissionem & ob oculos nobis ponens peccata nostra, quibus Deum offendimus.

II. Diabolus peccata nostra exaggerans, in eo quæ totus desudans, ut ostendat, Deum non alterius, sed nostra morte placari, & afflictiones nostras esse argumenta Dei nobis irati & a nobis alienati.

III. Mundus promissis vel etiam minis suis pravo quæ & turpi vitæ exemplo nos retrahere conans in regnum tenebrarum.

IV. Mors quoque nos territat & Deum nobis suspectum & fallacem constituere fatagit.

Hi omnes hostes huc sibi propositum habent finem, ut fidem nostram, sine qua nemo Deo placere potest, subvertant, atq; ita salute æterna nos privent. Ideo verbis & symbolis sacramentalibus abusi, ostendere ac demonstrare con-

nantur, nos esse promeritos æternas pœnas:

Verbis: quia dicatur in institutione Cœnæ, Pro vobis: Quorum hic est sensus: Vos tradendi eratis in æternam mortem, & vos in æternum effundere debebatis sanguinem vestrum propter peccata vestra. Quisque enim suum onus portare debet: & justitia postulat, ut nocens non innocens plectatur: Vos ergo nocentes damnandi estis, non alius pro vobis.

38 7-46.
Symbolis: Nam fractio panis notat, fedifragos frangendos, dissecandos & cruciandos esse. Siquidem nos promeriti fueramus, ut traderemur iræ Dei & Satanae tyrannidi, frangeremur in æternum, nostrum sanguinem in inferno in perpetuum funderemus propter peccata, quibus Deum offendimus. Nam á Deo primùm in lumbis Adæ defecimus, deinde violavimus federis tabulas. Fedifragi autem dissecabantur & abjiciebantur, secundùm illud Dei apud Jeremiam cap. 34. v. 18. sic loquentis: Tradam in manus inimicorum homines istos, qui transgressi sunt fedus meum, qui non præstiterunt verba federis, quod pepigerant coram me, cùm transiverunt inter dimidiatas partes ejus vituli quem dissecuerant inter duo. Erat autem hæc ceremonia non tantùm apud populum Dei, sed etiam apud profanas gentes usitata, ut in federibus iciendis animal in duas partes dissecarent, petentes á Deo utrinque, ut is qui fedus violasset, cum gente & familia

milia ita dissecaretur ac perderetur, uti coram utraque parte animal esset dissectum. Nam cum olim fedus Romani cum Albanis victis ferirent, hujusmodi ritibus à Livio lib. 1. Decad. 1. descriptis illud confirmarunt: Pater patratus, fezialium sacerdotum antistes, legibus utrinque receptis, recitatis, audi, inquit, Jupiter, audi pater patrate populi Albani, audi tu populus Albanus; ut illa palàm prima postremaque ex illis tabulis ceràve recitata sunt sine dolo malo; utique ea hodie rectissimè intellecta sunt: illis legibus populus Romanus prior non deficiet: Si prior defecerit publico consilio, dolo malo, tu illo die Jupiter populum Romanum sic ferito, ut ego hunc porcum hìc hodie feriam; tantoque magis ferito, quanto magis potes pollesque. Id ubi dixit, porcum saxo silice percussit. Ad eum modum Hannibal magna promittens exercitui in Romanos educendo & quasi fedus cum eo pangens, ut sciret exercitus ea rata fore, agnum læva manu, dextra silicem retinens, si falleret, Jovem cæterosque precatus deos: ita se mactarent, quemadmodum ipse agnum mactasset & secundum precationem caput pecudis saxo illisit, ut refert Livius lib. 1. decad. 3. Eadem ceremonia à Deo cum Abrahamo fedus confirmante observata fuit. Nam Genes. 15. refertur, vitulam, capram & arietem triennes fuisse ab Abraamo fidem suam Deo obstringente dissectos. Sic

panis fractio in Cœnæ actione significat federis divini fractorem & violatorem esse frangendum & cruciandum.

Quare cùm nos federis leges violaverimus, justitia nos ad pœnam per ritus federis externos adumbratam poscebat: Hanc hostes nostri nobis ob oculos ponunt, ut nos in desperationis abyssum demergant. Contra hos hostes confortare nos vult Christus in Cœna, **J.** 1 Verbis, 2 Symbolis. Verbis quidem confirmat fidem nostram, dum asserit, corpus suum esse pro nobis in mortem traditum, & sanguinem suum esse pro nobis effusum in remissionem peccatorum, atque nos federis violatores non esse ad pœnas ritibus federis externis adumbratas trahendos, sed ab iis absolvendos, eò quòd Jesus Christus nostram vicem subierit, & pro nobis vadem & sponsorem se constituerit, eaque sponsione se exsolverit, pœnas nostro nomine sustinuerit, atque ita justitiæ divinæ satisfecerit.

S. 36.

Hæc nos fedifragos pœnæ æternæ adjudicatos erigunt & solantur, tristitiam animis expellunt, & lætitiâ in pectoribus excitant. Ut enim facinorosus ignominiosæ morti adjudicatus in continuo mœrore versatur trepidans propter supplicium temporale sustinendum: liberatus autem per alium ineffabili gaudio completur: ita nos sententia justî judicis ad æternas pœnas damnati per Christum pro nobis

bis



bis passum ab infernalibus pœnis liberati lætamur & exultamus. Non ludi nos vana & inani spe, liquet ex hisce verbis Christi mentiri nescientis; liquet ex sermonibus sæpius in Evangelio repetitis & juramento etiam stabilitis.

Adducere hîc possem plurima scripturæ sacræ dicta, quibus Deus testatur, se per mortem filii nobis esse placatum: sed cùm ea obvia sint scripturam S. legentibus, eo transcribendi labore supersedebo.

Ostendi hæctenus, quomodo in actione Cœnæ Dominicæ verbis nostra fides confirmetur: jam declarandum quoque est, qua ratione externis symbolis & ritibus eadem fides erigatur, fulciatur ac corroboretur.

Fit autem id duobus modis. 1. dum tanquam signa significant, adumbrant vel illustrant promissionem gratiæ in Christo factam. 2. dum tanquam sigilla eandem obsignant.

Adumbratur & illustratur promissio gratiæ per symbola, dum oculis repræsentatur quod auribus per verbum fuit annunciatum. Sunt enim externi sensus internuntii, indicantes menti, quid extra hominem agatur. Ut enim carceri inclusus ignorat, quid rerum novarum sit in urbe; nisi per alium de iis edoceatur: ita anima corpori, tanquam carceri, inclusa non scit, quid Deus in Ecclesia nobiscum agat, nisi per sensus externos erudiatur. Itaque aperit Christus menti nostræ voluntatem Dei pater-

nam, verbis expressis, per auditum ad mentem delatis, & ritibus ac actionibus externis, menti idem indicantibus, quod aures significarunt. Ut hæc clariora fiant, exemplo noto ea declarabo: Voluit Deus ad Jeroboamum à Davidis domo abstractas transferre decem Israëlis tribus: ut id intelligeret Jeroboamus, docuit eum Deus de hac sua voluntate per prophetam Ahiam, primò symbolis, gestibus ac ritibus externis: deinde verbis. Symbolis ac gestibus: dum vestimentum novum, quo tegebatur, in duodecim fragmenta laceravit & ex iis decem Jeroboamo tribuit. Verbis: dum id, quod oculis representatum fuit, etiam auribus significavit, inquit: Ego laceraturus sum regnum Davidis & tibi dabo tribus decem, Solomoni verò duas relinquam. Hisce duobus internunciis, animæ Jeroboami significabatur, fore ipsum regem decem tribuum Israëlis.

Eodem planè modo nobiscum agit Christus in Cœna sacramentali. Nam & aurium & oculorum ministerio vult confirmare fidem nostram, quæ totum animum, intellectum nimirum & voluntatem occupavit.

Nam verbis, quæ auribus percipiuntur, docet, Jesum Christum esse pro nobis fractum, sicque factum esse panem cælestem, quo fames & mors spiritualis profligatur & homo in spiritali vita conservatur.

Idem docet symbolis & ritibus externis in oculos

Oculos incurrētibus: Nam panis terrestris proponitur, frangitur, fractus sumitur & manducatur. Sunt hæc visibilia verba, docentia, Christum panē esse cœlestem, eum esse in ara crucis pro nobis fractum & fide vera manducatū sive susceptum dare nobis vitam æternam: Rursum cū homo vivat nō tantūm ex cibo, sed etiam ex potu: eundem Christum fuisse sanguinem suum pro nobis, ut eum spiritualiter haurientes & bibentes, à siti & morte spirituali liberarentur. Simili modo Christus nobiscum agit in Baptismo: Nam aquā baptizantur infantes in nomine sanctæ Trinitatis: Actio veró hæc symbolica adumbrat & adumbrando docet, nos esse pollutos & immundos, lavari autem & mundari ab istis animæ sordibus per Christi sanguinem. Hic enim purgat nos ab omni peccato. Ideo Ananias dicit Paulo, Act. 22. Exurge, baptizare & abluere peccata tua. Ritus externum primum ob oculos illi ponit; deinde verbis etiam docet, quid ablutio illa externa significet, videlicet abluitionem peccatorum, quæ fit per sanguinem & spiritum Christi. Eaque de causa vocantur Sacramenta ab Augustino verba visibilia, quia quod verbum audibile annuntiavit auribus, id Sacramenta visibilia ingerunt oculis.

Haftenus ostendimus Sacramenta confirmare fidem, quatenus sunt signa, id est, significant aliquid & significando docent ac docendo

*Figilla
s. 39.* corroborant: Jam porró monstrabo, quomodo eadem obsignando fidem stabiliant.

In capite 4 ad Romanos circumcisionis Sacramentum dicitur signum & sigillum: Sed quis est usus sigillorum? scilicet ut literarum veritatem muniant. Si enim nobis ager promissus & donatus sit, non prius quiescimus quam literis & sigillis promissio stabilita fuerit: Et si quis agri donati causâ nobis litem intendat, coram justo iudice facile eum repellimus literarum, sigillo munitarum, ostensione. Et Deus nobis promisit æterna bona, cœlestes thesauros, ac hæreditatem vitæ æternæ in Jesu Christo crucifixo: eam promissionem menti nostræ digito suo inscripsit: eas literas per Sacramenta, tanquam sigilla, corroborat. Ut autem sigilla literæque in magno honore habentur & magna cura asservantur, licet promissus & donatus ager substantiâ suâ non sit in literis & sigillis: ita etiam nos magnificiamus literas Domini, cordi nostro inscriptas, & sigilla externa reverenter tractemus, licet ipse Christus & hæreditas vitæ æternæ in iis abscondita non lateat.

Consuetudo hæc in omnibus contractibus humanis est usitata, ut non tantum verbis concipiantur, explicentur & muniantur, sed etiam adhibitis externis ritibus ac symbolis confirmentur. Sponsus sponsæ verbis promittit *κοινωνίαν* sui corporis & omnium suorum bonorum:

rum:

rum: deinde dextrâ eam promissionem confirmat: tandem annulum aut aurum, tanquam pignus fidei datæ, sponsæ offert exhibetque. Verum quæ virgo tam insana est, ut abjiciat accepta pignora & annulos, quia ipse sponsus ejusque facultates non sint in ipsis pignoribus & annulis? Æquè itaque illi insani & vesani sunt, qui sacramenta externa, sponsæ Christi data, judicant nihil facienda, quia in iis sponsus Christus essentialiter non lateat.

Est apud nostrates usitatum, ut creditor debitorem fallacem, ad senatum & Prætorem trahat, & ab eodem Prætore petat, ut ore & stipula (mit mund vnd halm) mittatur in possessionem debitoris. Ubi causa cunctationis & procrastinationis injusta animadvertitur, moneatur debitor, uti intra menstruum spacium creditori satisfaciat. Quod si debitor creditorem ludere pergat, uterque citatur: ac Prætor stipulam, quam manu ostendit creditori & debitori, tradit creditori hisce additis verbis: Ecce, Petre, ego trado tibi hujus viri agrum. Creditor flexo poplite reverenter accipit stipulam ex manu Prætoris, eidemque gratias agit, quod se misisset in possessionem debitoris. Antiqua consuetudo videtur, quod vel verbum stipulandi à stipula deductum ostendit.

Sic Christus nobis promisit seipsum & vitam æternam, in eamque possessionem nos mittit externis symbolis Sacramentalibus. Ut autem

creditor magnificat stipulam á Prætorè acceptam, nec eam propterea abjicit, quia ipse fundus essentialiter non sit aut lateat sub ea stipula: ita magnificiamus etiam nos symbola sacra, nos confirmantia de Christo crucifixo & nobis donato, & de hæreditate cœlesti, licet ipse Christus & hæreditas cœlestis non delitescat sub externis symbolis.

Ita monstratum est, quomodo fides nostra confirmetur, videlicet 1. Promissionibus Evangelii sæpius repetitis. 2. Juramentis adhibitis. 3. Externis literis, signis & sigillis. Quód si nobis vir magnæ fidei promitteret agrum eamque promissionem iteraret coram omnibus civibus, num dubitarem de ejus fide? 1 si idem promissionem literis muniret, num ambigeremus de agro donato? 2 Si porró juramento etiam promissionem suam coram toto populo stabiliret, num in dubium vocarem ejus promissionem? 3 Denique si idem nobis ad senatum adductis postularet sigilla civitatis atq; ita literas privato & publico sigillo munitas nobis traderet, an nobis esset diffidendi locus? Et quid non egit Deus fidei nostræ confirmandæ causa? 4 verbis promisit nobis filium & in filio omnes cœlestes thesauros: hanc promissionem quoties iteravit? 1 nónne idem Deus juramento infallibili & ἀμετακινήτω eam promissionem corroboravit? 2 nónne idem spiritum adoptionis arrham, hæreditatis nostræ sigillum 3 4 priva-

privatum, nobis concessit, & in Cœnæ Sacramento publico sigillo in conspectu totius Ecclesiæ promissa sua confirmavit? Cur itaque ei non fideremus?

Haftenus primum Cœnæ Dominicæ finem in confirmatione fidei positum explicavi, restat alter excitans nos ad dilectionem Dei & proximi.

Dilectionem Dei declarabimus gratiarum actione, quæ si rectè efformata & expressa fuerit, uná secum trahet omnes virtutes in prima legis tabula comprehensas. Gratias siquidem Deo acturus agnoscet Deum autorem omnium donorum & beneficiorum, eoque nomine se humiliabit in conspectu divinæ majestatis, ac profitebitur, se iis omnibus naturâ indignum fuisse, dignum autem judicatum in Christo mediatore & satisfactore: insuper prædicabit Dei sapientiam, bonitatem, misericordiam & justitiam in opere præsertim redemptionis satis superq; declarata.

Cœna itaq; instituta est etiam propter hunc finem, ut gratiæ agerentur pro liberationis beneficio tum Deo patri, tum Christo ejus filio. Deo patri: quod ex immensa sua misericordia & suo erga nos amore nobis maledictis & perditis destinavit filium in mediatorem, & eundem nostro nomine damnavit, & maledictione legis gravavit; ut super nos benedictio Abrahæ veniret. Christo: quod ipse pro suo erga

*II - Finis Ex.
Citare ad studio
bonorum operum
ad gratiam
omni Deo & Christo
pro beneficio libere
proiis præstandis
& ad fraternam
CARITATEM.*

*Gratiarum: } Patri.
Actio } Filio.
DEO }*

*Dilectio } Dei } Excitari debet per
T. 91. } Proximi } Cœnam*

nos amore & studio salutem nostram æternam promovendi, assumfit carnem nostram, & citra ullam coactionem, spontaneo & voluntario motu, nostram maledictionem & pœnas æternas in se derivavit, portavit & expiavit.

Ideo Christus ipse, accepto pane, gratias egit Deo patri nomine electorum, quod eorum miseram vicem miseratus filium misisset in carnem, cumque pro electis traditurus esset in mortem, quibus nulla creatura succurrere potuisset. Ita patri laudem redemptionis nostræ tribui vult Christus: interim suam quoque postulat gloriam: dum iteratò in Cœna dicit: hoc facite in mei recordatione, id est, quotiescunq; de pane hoc ederitis, & de poculo hoc biberitis, mortem meam annuntiate, causam æternæ vestræ salutis & vitæ. Propter hanc causam dicitur Cœna Domini *Ἰχθυσία*. Quò respiciunt etiam illa: Poculum gratiarum actionis quo gratias agimus, nōne est communio corporis Christi?

Excitari autem debemus ad gratiarum actionem tum quia sumus ab ineffabili miseria à Deo & Christo liberati, tum quia loco miseræ accepimus favorem & gratiam Dei, Spiritum sanctum & vitam æternam.

f. 38
s. 36. Nam tanquam fedifragi mactandi, frangendi & dissecandi in æternum eramus: jam autem ab hoc misero statu liberati in numerum filiorum Dei adoptati & vitæ æternæ hæredes sumus

Grate Dilatio M. Exate tur

mus constituti, ac si nunquam Deum offendissemus & semper in amicitia Dei constanter permansissemus.

Miseriam nostram antiquam & liberationem ex ea ostendunt in Cœnæ institutione tum verba, tum symbola, indicantia, nos fractionem & crucem meritos: at Christum pro nobis fractum esse, ut pluribus antea ostendi. 36

Contra jam assignatos fines graviter peccant omnes ii, qui Sacramento salvandi vim ascribunt neglecto & præterito Christo, vitæ æternæ fonte & autore.

Fuit autem Satanus semper in eo totus, ut hominis fidem à Christo abstractam ad elementa egena & creaturas alias converteret. Cùm enim Sacramenta deducere deberent ad Christum crucifixum, obtinuit apud multos, ut in externis ceremoniis salutem quærerent, fraudantes Christum debito suo honore. Fuisse circumcisionem Christo substitutam, liquet ex eo, quòd Pharisei Christum oppugnabant, & profelytos solo Sacramento sanctificatos & justificatos prædicabant, Matth. 23. v. 15. Liqueat etiam ex eo, quòd Apostolus graviter ostendit, circumcisionem nulli prodesse, nisi in Christo legem servaverit, & secundum legem vitam instituerit: Et Abrahamum non per circumcisionem, sed fide in Christum Jesum respiciente fuisse justificatum, Rom. 2. v. 25. & 4. v. 10. Et quantopere

Spoucatu per vltimam Cœnæ.

*Annill. 60
Diabolus fidem
à Christo abstractam
ad elementa
egena & creaturas
alias converteret.*

*Circumcisionem
Christo substitutam
liquet ex eo.*

*Sacrificia
in fovea Christi
Abflitura*

olim Judæi confidebant sacrificiis, quæ tamen Deus sine fide oblata rejecit ac repudiavit? I. Sam. 15. v. 22. Esa. 1. v. 11. Jer. 6. v. 20. Amos 5. v. 21. 22. Idem occinendum est nostris hominibus in Baptismi aqua & in Cœnæ Sacramento salutem quærentibus. Idem hi mihi facere videntur, quod fatuus agro donatus & literis & sigillis de dono confirmatus: qui procumbens ad literas & sigilla, hisce pro beneficio accepto gratias agit præterito beneficii autore. Nam quis ignorat, Christum nobis impetrasse salutem æternam morte sua, eundemq; de hoc beneficio nos confirmare externis Sacramentis? ad quid ergo adhæremus symbolis, in iis salutem quærimus, hæc celebramus & prædicamus tanquã salutis nostræ causas principales, Christum autem suo honore & redemptionis laude spoliamus?

Adhuc monstratum est, quomodo dilectio Dei per Cœnam Domini in nobis excitetur; restat ut ostendatur, quomodo proximi dilectio per eandem in nobis foveatur & augeatur. Sciendum autem est, nos per unum panem ex multis granis confectum admoneri, nos multos fideles esse unius corporis membra, cujus caput est Christus. Dicitur enim apud Paulum in præsentî tẽxtu, unus panis, unum corpus, multi sumus, quoniam omnes unius panis participes sumus. Ut autem in corpore humano est ἡνωσις & summus omnium membrorum

1. Cor. 11.

Quomodo Dilectio Proximi con-

consensus & ardens studium salutem totius corporis promovendi, nec facile in fanis unum membrum contra alterum hostiliter armatur: Ita cogitemus nobis unius corporis membris concorditer & pacificè vivendum esse, & discordiam, contentiones & rixas longè esse á nobis abigendas. Si patitur unum membrum, simul doleamus omnia: si honore afficiatur unū, simul gaudeamus omnia: curemus idem alia pro aliis, 1. Cor. 12. v. 25. 26.

Quin etiam ipse aspectus mensæ á patre nostro nobis filiis paratæ admoneat nos concordiæ. Si enim filii sumus unius patris, cur odius & rixis certamus? Num posset pater filios cibum ad mensam sumtuos ferre in ipsius conspectu rixantes & digladiantes? Quibus oculis Deum intuiturum esse eos arbitramur, qui limis & ira plenis oculis fratres intuentur?

Haftenus explicatum est, in quo consistat legitimus Cœnæ dominicæ usus. Ostensum enim est, eum occupari circa duo: 1. Ut externus ille ritus quem Christus præscripsit, retineatur: quod membrum in prima parte est pertractatum. 2. Ut respiciatur ad fines, ad quos Cœna Domini est instituta. Verùm cùm ab homine Christiano duo requirantur, 1. fides, 2. opera: Voluit Deus hac Cœnæ actione nostram fidem confirmare, 1. verbis, 2. symbolis tanquã signis & sigillis: Idem voluit nos excitare ad gratiarum actionē Deo & Christo præstandā pro redem-

Excitetur & foueatur p. Deum Cœna

tionis opere, simul admonere & exstimulare ad fraternam charitatem. Faxit Deus, ut animis coalescentes uno spiritu patrem nostrum laudemus & celebremus. Amen.

III.

DE MANDUCATIONE
carnis Christi.

HActenus multa de ceremoniis & de finibus Cœnæ Dominicæ dixi: Hisce non contenti synus iastæ contendunt, in hunc etiam finem Cœnam Domini institutam esse, ut sub pane & vino caro & sanguis Christi invisibilis & intactilis ore manducaretur & biberetur. Erronea profectó doctrina, pugnans cum institutione Cœnæ Dominicæ, cum indubitatis fidei articulis, cum consensu totius sacræ scripturæ, & in specie cum doctrina omnium Sacramentorum: Hoc ipsum nonnullis argumentis ostendam.

ARGUMENTUM I.

Quod est pro nobis in mortem traditum, & pro nobis in cruce effusum, illud est in Sacramento Cœnæ manducandum & bibendum.

Atqui visibile & tactile tantum corpus & sanguis sunt pro nobis in mortem tradita & effusa.

Ergo visibile & tactile tantum corpus & sanguis sunt in Cœna edenda & bibenda: ad quid ergo invisibile & intactile corpus fringitur?

ARGU

ARGUMENTUM II.

Qui tollunt & negant corpus Christi, ii non possunt
illud in pane manducare.

Atqui Synusista plané tollunt & negant corpus
Christi.

Ergo Synusista nō possunt corpus Christi māducare?

Affumtio probatur hoc modo.

In quo tolluntur omnes proprietates, in eo essentia
ipsa tollitur.

Atqui in carne Christi invisibiliter sub pane latente
tolluntur omnes proprietates.

Ergo in carne Christi invisibiliter sub pane latente,
essentia ipsa tollitur.

Viderint nunc Synusista, quomodo glori-
entur de carne Christi ore manducata, quæ pla-
né est sublata.

Propositio clarissima est ex præceptis Dia-
lecticis in veritate fundatis. Siquidem posita re,
ponitur proprium: posito proprio, ponitur
res: sublata re, tollitur proprium: sublato pro-
prio, tollitur res.

Affumtio nō indiget ulla probatione. Nam
in corpore omnia loca replente & in symbolis
latente, monstretur nobis vel una proprietas,
secundum quam Christus, quatenus homo, no-
bis similis esse & veré dici possit. Corpora no-
stra videntur, tanguntur, ex loco in locum mo-
ventur, finita & circumscripta sunt, habent par-
tes extra partes: in iis monstrari possunt mem-
bra distincta, locorū intervallis sejuncta & per

nervos conjuncta. Nil horum in corpore infinito & incircumscripto monstrari potest. Etsi enim Christi humanitas in exaltatione ornata est gloria & honore supra omnes creaturas, ista tamen gloria non tollit essentiã & proprietas humanas. Quis non videt Imperatorem sive Cæsarem nostrum evectum esse & exaltatum supra omnes in Imperio Romano? quis verò propterea dixerit, illum propter gloriam & majestatem concessam non esse verum hominem, nobis non ὁμοσίον, non visui, non tactui subiectum? Certè

Quod invisibile & intactile est, spiritus est, Luc. 24.

Atqui corpus Christi non est spiritus.

Ergo corpus Christi non est invisibile & intactile.

56. Dicitur quidem factum fuisse ἀφανλον (quod de nobis quoq; dici potest) sed nō ἀόραλον. Quia enim Christus celeriter á conspectu discipulorum subductus est, factum est, ut ablatũ & alió traductum corpus non conspiceretur. Ideó dicitur ἀφανλον ἐγένετο ἀπ' αὐτῶν. Quod alii docent, Christi corpus, ex utis proprietatibus veræ carnis, januas clausas transivisse, anilis fabula est: Nam ne apex quidem ejus legitur. Miraculum editum esse constat, at non in corpore Christi, sed in janua, quæ, cùm clausa esset, derepente Christo ingressuro cessit. Nam ut Petro & Apostolis incarceratis, Christi membris, januæ obferatæ exitũ præbuere cedendo, Act. 5. v. 19. 23. & 12. v. 10. & 16. v. 26. & 27; ita statuendum est, creatu-

creaturas hasce insensiles, cedendo, voluisse Christo capiti nostro hunc obedientiae honorem exhibere. Quod in itinere a discipulis non fuit agnitus, causa ejus quaerenda est, non in corpore Christi visibili & ex loco in locum moto, sed in oculis discipulorum retentis: qui si perstricti non fuissent, magistrum suum facile agnovissent. Ideo Christus ne a discipulis agnosceretur, visum eorum turbavit. Alibi legitur per medium hostium, cupientium eum praecipitare, transivisse, Luc. 4. v. 30. Et quid mirum? Qui enim hostes prosternere potuit divina sua potentia, is hostium manus non potuisset cohibere, quod ipse illaesus abiret? Joh. quoque 8. ab hostibus quaesitus Christus, dicitur se occultasse: Quod factum non est argumentum invisibilitatis in carne Christi, sed potius visibilitatis. Siquidem ea occultantur, quae natura sua sunt visui subjecta.

Objiciunt alii.

Qualia nostra corpora futura sunt in gloria, tale quoque Christi corpus est ad dextram Dei exaltatum.

Atqui corpora nostra futura sunt invisibilia

Ergo Christi quoque corpus invisibile statuendum est.

Propositionem probant illo Pauli, Phil. 3. docentis, corpora nostra σύνμορφα futura glorioso corpori Christi.

Assumptionem duobus probant argumentis.

I. Qui similes futuri sunt angelis, ii futuri sunt invisibiles: illi enim sunt spiritus, qui videri & tangi non possunt, Luc. 24. 39.

Improbatur - hoc: Qualia corpora nostra futura talia Christi. At responsum non fit futura nisi ego res Christi. Non est enim invisibile - dicitur in scriptis.

adversarios unius tantum qualitatis & proprietatis facere mentionem. Ergo nos ad eorum exemplum sic argumentamur.

Quæ essentia sua sunt spiritualia, ea quoque sunt
ἀσάρκα ἢ ἀόρατα, Luc. 24. v. 39.

Atqui nos non futuri sumus ἀσάρκοι ἢ ἀόρατοι: quia
credimus carnis huius resurrectionem.

Ergo nos essentia nostra non futuri sumus spirituales:

Ut ergo in hac vita corpora nostra sunt ψυχικά, ita etiam in altero seculo futura sunt πνευματικά: Atqui in hac vita non eo modo corpora sunt ψυχικά, quasi mutantur in ψυχῆς sive animas, & induant animæ proprietates. Ergo nec in altera vita ita corpora futura sunt πνευματικά, quasi proprietates πνευμάτων sive spirituum sint acceptura.

ARGUMENTUM III.

Si corpus Christi editur ore, novum quoque Testamentum ire bibitur: quia non tantum dicitur, panis est corpus Christi, sed etiam calix est novum Testamentum, Luc. 22. 1. Cor. 11. Si enim adversarii urgent verbum edite, nos verbum, bibite, illis regerimus.

Atqui novum Testamentum non bibitur ore.

Ergo neque corpus Christi editur ore.

Assumptio patet ex Jer. 31. v. 31. & Heb. 8. v. 10. 11. & ex Apologia Augustanæ Cōfessionis in titulo de Sacramentis & eorū legitimo usu: in quibus locis docetur, Testamentum novum nil aliud esse, quam remissionem peccatorum sanguine Christi partam, renovationē hominis per Spiritum sanctum & vitam æternam. Ergo

*Respon-
66*

Si novum Testamentum bibitur ore, etiam remissio peccatorum, Spiritus sanctus & vita aeterna possunt ore bibi: quia haec sunt ἰσοδυναμῶντα.

Atqui remissio peccatorum, Spiritus sanctus & vita aeterna non possunt ore bibi.

Ergo etiam novum Testamentum non bibitur ore.

Urgent adversarii, nō simpliciter did, calicē esse Testamētum sive fedus novum, sed adjungi haec verba: *In sanguine meo*. Verūm quid haec illos juvant? Si enim τὸ πρὸς τὸν urgendum sit, non erit sanguis in calice, sed calix erit in sanguine, atq; ita sanguis futurus est extra calicē & ex calice, in quo nō est, bibi nō poterit. Vis ergo illorū verborum haec est: Vinū sacramentalē ob signat Testamentū novū, quod fuit confirmatū, nō in calice, sed in cruce per sanguinē Christi effusū.

Quod si sanguis Christi in calice est, aut separatur a corpore, aut non separatur: (ritur.

Si separatur sanguis a corpore, Christus etiam nūm moritur. Atqui Christus jam non amplius moritur, Rom. 6. v. 9.

Ergo sanguis Christi non separatur a corpore.

Si verō sanguis Christi cum ejus corpore cōjunctus manet, est Christi sanguis in pane quoque & corpus Christi in calice, ac rectē dici potest de pane, quod sit sanguis Christi, & de calice, quod sit corpus Christi. Quid quod Apostoli in prima Sacramētali actione ore nō biberunt sanguinē Christi effusum? Nam is tum adhuc in venis fuit, nec manus & pedes Christi fuerūt clavis transfixi aut latera per lanceam ad aperta, ut ita sanguis efflueret & ori Apostolorū illaberetur.

ARGU-

ARGUMENTUM IV.

Cōstat in propositionibus & enuntiatis duo esse, subjectum sive antecedens, & prædicatum sive consequens. Quicquid præcedit verbum, copulans prædicatum cum subjecto, illud habet rationem subjecti sive antecedentis, & quicquid subsequitur copulam, obtinet locum prædicati. Præmissa hac *ἡ ἀπόθεσις*; dico, in verbis institutionis non esse Christi expressum mandatum, ut corpus suum ore edamus: quia verbum edendi ad subjectum, ad panem videlicet referendum est. Nam

Quod Christus in mensa sedēs in manus sum-
sit, quod fregit, quod fractum dedit disci-
pulis, id á discipulis ore manducatum est.

Atqui Christus in manus sumsit solum panem, fregit solum panem.

Ergo á discipulis ore manducatus fuit solus panis.

Itaq; in institutione Cœnæ nullum est mandatum, quo juberemur ore edere corpus Christi: quia imperativus ad panem restringitur.

Assumptio clara est ex sequentibus argumentis.

1. Quia expressé dicitur, quód Christus acceperit & fregerit panem.

2. Quia Christus non habuit plura corpora. Quod autem mensæ accubuit, locum non mutavit: quia deinde poculum porrexit.

3. Porrigens profectó non est corpus porrectum.

Atqui caro Christi mensæ assidens est res porrigens.

D v

Ergo caro Christi mēse assidens non est corpus Christi porrectum.

4. Quotiescunq; aliquid corporeum nobis monstratur, id est visibile.

Atqui particulâ, Hoc, nobis aliquid corporeum monstratur.

Ergo illud Hoc, est visibile. Cur ergo Synu-
fiastæ invisibile corpus per illud notari contendent?

5. Si Christus in manus sumisset suum corpus, illud quoque in mensa in partes minutas fregisset: Nam vel Luthero teste, frangere est in multa partiri, & ex integro facere partes:

Atqui Christus suum corpus in mensa in minutas partes non fregit.

Ergo Christus suum corpus in mensa in manus non sumit.

6. Ut in institutione alterius symboli, in propositione sive enuntiato sacramentali, subjectum loquitur non de invisibili, sed de visibili signo, videlicet de calice, sive de vino: ita etiã propositio prior in antecedente sive subjecto monstrat rem visibilem & non invisibilem.

7. Quin etiam Paulus expressé dicit, panem & vinum esse κοινωνίαν corporis & sanguinis Christi.

II. Apostolus Paulus fidus verborū Christi interpretes expressé ostendit, quó referendum sit edendi verbum, ad panem ne an ad corpus: Ait enim, Quotiescunque de pane hoc ederitis, mor-

mortem Domini annuntiate: Item, Homo ita edat de pane hoc, & bibat de calice hoc &c.

Et quid aliud egit Lutherus olim contra Carolo- III.
 roloftadium, quàm ut demonstraret, particulâ,
Hoc, non corpus Christi, sed panem monstrari?
 Testis hujus est libellus de cœlestibus prophetis,
 testes sunt alii plurimi ejusdem tractatus.

Concludo ergo quartum hoc argumentum.
 Quòd panis in manus sumtus, fractus & ore
 manducatus sit corpus Christi: & quòd in ver-
 bis institutionis nullum sit de corpore Christi
 ore manducando mandatum: eò quòd manda-
 tum illud, edite, non ad Christi corpus, sed ad
 panem referatur.

ARGUMENTUM V.

*Id tantùm habet locum in Cœna Domini, quod est
 aut terrestre aut caeleste, sive signũ aut signatum.*

*Atqui corpus Christi invisibile & intactile, ore man-
 ducatum, in Cœna Domini neque est signum, ne-
 que signatum.*

*Ergo corpus Christi invisibile & intactile, ore man-
 ducatum, in Cœna Domini non habet locum.*

Propositio extra controversiam est: assum-
 tionem hoc modo probo:

Omnia sacramentalia signa sunt visibilia.

*Atqui corpus Christi quod fingunt, in pane latens,
 non est visibile.*

Ergo corpus Christi in pane latens non est signum.

Major propositio probatur i. notissimâ illa
 Augustini definitione: Sacramenta sunt visi-

bilia signa invisibilis gratiæ. 2. Definitione signi in Dialectica Philippi obvia: Signum est quiddam incurrans in oculos &c. 3. Inductione omnium sacramentorum: circumcisio externa, sacrificia Levitica, agnus paschalis, petra in deserto, vinum & panis, quin etiã aqua Baptismi, tanquam signa, sunt visibilia. 4. Apologiã Augustanã confessionis, in qua symbola sæpe res externæ vocantur.

2. *Nulla res signata percipitur externis corporis organis, nec ab impiis fide carentibus.*

Atqui corpus Christi ore manducatum, ex hypothesi Synusiatarum, percipitur externis corporis organis & quidem etiam ab impiis fide carentibus.

Ergo corpus Christi ore manducatum non est res signata.

Propositio quippe cõtroversa probatur hoc modo:

1. Inductione omnium sacramentorum: ubi nota in propositionibus sacramentalibus istis per subjectum ostendi signum, per prædicatum rem signatam.

Circumcisio est fedus: Gen. 17.

Calix est novum fedus sive Testamentum.

Manna sive panis ex aëre in deserto decidēs, est caro Christi p nobis tradita, Joan. 6. 1. Cor. 10. & petra erat Christus. Nam ut in novo Testamēto nobis est Cœna Domini duobus symbolis constans: ita etiam in veteri Testamento eadem cœna fuit, habens duo signa sacramentalia

talia, videlicet panem & potum: Res semper eadem fuit.

Sacrificia Levitica sunt expiatio peccatorū, Levit. 17. 11.

Aqua Baptismi est ablutio peccatorum, & regeneratio per Spiritum S.

Agnus fuit Pesach sive Pascha, Ex. 12. Domine, ajunt discipuli, ubi vis, ut tibi paremus pascha: Matth. 26.

Agnus paschalis fuit Christus portans peccata nostra: sive corpus Christi pro nobis traditū: Nam etiam nos habemus pascha nostrum, Jesum pro nobis immolatum, cui ossa non sunt fracta, 1. Cor. 5. Joan. 19. v. 36.

Certē fedus sive circumcisio cordis non fuit percepta externis sensibus, non corporis organis, non etiam ab impiis. Nam Deus immediate circumcidit corda hominum, Deut. 30. v. 6. Rom. 2. v. ult. ut etiam Joannes aqua tantū baptizavit, Christus autem baptizavit Spiritu sancto. Et quis negaverit, Judæos, quibuscum contendit Stephanus, fuisse externē circumcisos? Atqui hi incircumcisi fuere corde; participes facti rei terrestri, non etiam cælestis, Act. 7. Et Christus in petra & in agno paschali ore non fuit sumtus, nec impius ejusdem Christi particeps esse potuit.

2. *Si impius rem signatam sumeret, eodem tempore impius & injustus esset justus & pius.*

Atqui impius & injustus, non potest esse simul pius & justus.

Ergo impius & injustus non sumit rem signatam.

Probatur propositio hoc modo:

Qui particeps fit novi Testamenti (calix enim dicitur novum Testamentum) & remissionis peccatorum ac Spiritus sancti regenerantis, is est justus & pius.

Atqui impius fit particeps novi Testamenti, remissionis peccatorum, ac Spiritus sancti regenerantis, ex hypothese Synusiarum.

Ergo impius est pius, uno & eodem tempore.

3. Idem probatur ex 13. articulo Augustanæ confessionis, & ex Apologia ejusdem, in loco de Sacramentis & eorum legitimo usu. Vide exemplar Teutonicum fol. 64. ubi hæc propositio urgetur:

Qui rem signatam percipere vult, eum oportet habere fidem.

Atqui impii non habent fidem.

Ergo impii non percipiunt rem signatam.

*Objectio: Atqui Paulus expressè dicit 1. Cor. II. impios edere corpus Christi, & manducati fieri reos. vide *U. 104.**

Resp. Paulus in eo capite non loquitur de impiis, fide carentibus, sed de piis irreverenter tractantibus externa symbola, comessantibus in actione sacramentali, á Domino variis morbis & morte castigatis, ne cum impio mundo damnarentur: Et huic cœtui seipsum adjungens dicit, Si nos ipsos judicaremus, non á Deo castigemur &c. Constat enim, etiam pios circumgestare

*Sic dicitur in
II. Thimo. 2. 16.
non solum in
dicitur in
in
de
17. app. 191.*

gestare peccatum originale, & sepe numero ejus impulsu graviter Deum offendere: Hos castigationib. sæpe Deus in viam revocat, ne cum impiis in præcipitia æterna agantur. Nec Paulus dicit, istos Corinthios edendo corpus Christi, sed illius sacramentum, factos fuisse reos corporis Christi: quæ injuria signo illata redundat in rem signatam.

ARGUMENTUM VI.

In relatione fundamentum, materiale & essentia relativi non est in essentia & materiali correlativi.

Atqui panis & corpus Christi, sunt in hac relatione sacramentali fundamenta & materialia.

Ergo panis essentia non est in essentia corporis Christi, nec corporis Christi essentia est in essentia panis.

Declaratio argumenti.

Fundamentum dicitur, quod aliquid gestat: sic materialia in sacramentis vocantur fundamenta, quia gestant nova nomina: siquidem agnus gerit nomen paschæ: circumcisio nomen federis: petra nomen Christi: panis nomen corporis Christi pro nobis traditi, aqua nomē sanguinis Christi: sic pater & filius sunt relata, fundamenta sunt eorum essentiæ & substantiæ quæ gerunt alia nomina: qui enim hæctenus viri aut homines appellabantur, nunc nominantur patres aut filii. Materialia ergo & fundamenta lo-

corum intervallis semper sunt distincta: Nam patris substantia non est in substantia filii, & substantia sive corpus filii, non est in corpore patris. Quis veró nescit, sacramenta adrelata referri, & sic etiam, signum & signatum? Materiale sive fundamentum signi est panis fractus & manducatus: materiale signati est corpus Christi fractum & fide manducatum. Ut ergo in omnibus relationibus relativi materiale non est essentiâ suâ in materiali sive essentia correlativi, & ut materiale sive essentia correlativi non est in materiali & essentia relativi: ita materiale sive substantia signi, id est, panis, non est in materiali sive substantia signati, id est, corporis Christi.

ARGUMENTUM VI.

Quotiescunque rei corporeæ recordamur, ea corporaliter & localiter nostris corporibus præsens esse non potest.

Atqui in actione sacramentali recordamur rei corporeæ, videlicet carnis Christi pro nobis immolata.

Ergo in actione sacramentali non potest caro Christi præsens esse corporaliter & localiter corporibus nostris.

Corroboratur hoc argumentum etiam Pauli verbis sic nos exhortantis: Quotiescunque de pane hoc ederitis & de poculo hoc biberitis; mortem Domini annuntiate donec redeat. Nam

Memoria-

Memoriale corporis redituri, notat memoriam corporis corporaliter absentis.

Atqui panis est memoriale corporis Christi in terram redituri.

Ergo panis notat memoriam corporis Christi corporaliter absentis.

ARGUMENTUM VII.

Si corpus Christi ore manducatur, etiam κοινωνία corporis Christi de qua Paulus loquitur, oralis futura est.

Atqui κοινωνία corporis Christi, de qua Paulus agit, non est oralis.

Ergo nec corpus Christi ore manducatur.

Assumptio probatur.

I. Si κοινωνία corporis Christi oralis est, etiam Diaboli manducarentur ore.

Atqui Diaboli non manducantur ore.

Ergo κοινωνία corporis Christi non est oralis.

Hujus prosyllogismi propositio ex eo liquet, quod Apostolus inter se opponit κοινωνίαν Dæmoniorum & κοινωνίαν Christi: & hæcæ duas propositiones: εἰδωλόθυτα, id est, carnes idolis immolatæ sunt κοινωνία Dæmoniorum, & panis est κοινωνία Christi. Hortatur siquidem Paulus Corinthios ad Christianismum conversos, ut invitati ad convivia Ethnicorum, immolantium idolis, & apponētium in εἰδολέο sive templo idolorum carnes idolis immolatas, non edant illas, quia symbola sint, quibus profi-

E

teantur iis vescentes, quod sint in κοινωνία & societate Diabolorum, sicuti de pane sacramentali edentes publice profitentur, se esse in κοινωνία & societate Christi.

Assumptio prosyllogismi clara est: Nam

Spiritus ore edi non possunt.

Diaboli sunt spiritus.

Ergo Diaboli ore edi non possunt.

II. Si κοινωνία corporis Christi, de qua Paulus loquitur, esset oralis, etiam impii in ejus societate pervenirent, quippe quibus ora non desunt.

Atqui impii in κοινωνία illius societatem non perveniunt: ut exprimitur 1. Cor. 10. v. 21. Nō potestis participes esse mensae Domini & mensae Demoniorū.

Ergo κοινωνία corporis Christi, de qua loquitur Paulus, non est oralis.

ARGUMENTUM VIII.

Si Christus jam corpore sive sanguine suo effuso in terris esset, non esset sacerdos noster, Hebr. 8. v. 4.

Atqui Christus in aeternum futurus est noster sacerdos, Psal. 110.

Ergo Christus corpore & sanguine suo effuso non est in terris.

Propositio hoc modo probatur: summi sacerdotis munus fuit, 1. sacrificare pro peccatis hominum, 2. pro iis, pro quibus sacrificavit, intercedere in sancto sanctorū. Si unum horum sacerdos perfecisset, & alterum neglexisset, sacerdos summus appellari non potuisset. Atqui Christus immolavit suū ipsius corpus, & effudit suum

suum ipsius sanguinem: Hac victima peracta, sanctum sanctorum illi quoque ingrediendum fuit cum sanguine. Ceterum sanctuarium Christi non fuit nec est in terris, sed sorsum in caelis. Ideo terra deferenda, & caelum intrandum fuit nostro summo sacerdoti. Quod autem sacerdotis nostri Christi sanctuarium non in terris sit, docet idem Apostolus Heb. 4. v. 14. hisce verbis: Habemus magnum sacerdotem *διελθὼν ἰνὰ τοὺς οὐρανοὺς*, qui ivit per caelos scilicet aspe-ctabiles: ubi autem caeli sint, ostendit nubes subvehens & in altum tollens corpus Christi, ut liquet ex Actis I.

CONFUTATIO SOPHISMATUM

quorundam orthodoxae sententiae

oppositorum.

SOPHISMA I.

Quicquid Christus dicens, edite, iussit in Coena manducari, id manducatur ore.

Atqui corpus Christi est id (saltem ex parte) quod Christus dicens, edite, iussit manducari in coena.

Ergo corpus Christi manducatur ore.

Resp. I. Nego assumptionem, nam supra ostendi, verbum edendi, non ad corpus Christi, sed ad panem referri.

2. Deinde si *ἀναγωγικῶς* & *ἀναλογικῶς* externam panis manducationem, tanquam signum, referre velimus ad rem signatam, itidem propositio falsa est: Nam non tantum symbola & sigilla, sed etiam corpus Christi spiritualiter & fide

E ij

5. p. 57.
For edam in Christu in manna dicitur per se panem dicitur

in Cœna manducatur, uti negare non possunt Synusiate. Duplicem enim statuunt manducationem, sacramentalem & spiritualem: illam dicunt fieri ore, hanc fide: cum ergo, vel ipsorum suffragio & testimonio, spiritualiter corpus Christi per solam fidem manducetur, sequitur, non omne, quod in Cœna editur, manducari ore: alioqui enim etiam spiritualiter corpus Christi ore ederetur.

3. Ex hisce liquet, assumptionem quoque falsam esse: quia nusquam in Cœna mandatum expressis verbis exstat, quo juberemur corpus Christi edere: sed illud tantum ex ἀνάλογίᾳ colligitur: Quod enim in signo fit, id etiam in signato fieri oportet: itaq; ut in sacramento Cœnæ panis, ejusdem fractio & manducatio requiritur: ita etiam idem sacramentum postulat panem vitæ, corpus Christi pro nobis traditum: idem requirit, ut corpus frágatur, & ut edatur. Nam corporalis actio representat & adumbrat spirituales actionem.

SOPHISMA II.

Quod est pro nobis traditum, illud est in Cœna edendum.

Atqui naturale & essenziale corpus Christi est pro nobis traditum.

Ergo naturale & essenziale corpus Christi est in Cœna edendum.

Resp. I. Concedo totum argumentum. Nam panis manducatio corporalis postulat spiritua-
lem

Iem essentialis & naturalis corporis Christi manducationē. Nec nos aliud corpus edimus, quàm naturale Christi corpus, quod pro nobis est immolatum, & quidem, quatenus est pro nobis immolatum, & quatenus spiritui seu animæ fidei in promissione Evangelii proponitur, ut cibus spiritualis.

2. Retorquemus argumentum in Synusia-
stas hoc modo:

*Illud corpus quod est pro nobis traditum, est eden-
dum in Cœna.*

*Atqui visibile & tactile tantum corpus est pro nobis
traditum.*

*Ergo visibile & tactile tantum corpus est in Cœna e-
dendum.*

Vel

*Quod est naturale & essenziale corpus Christi, illud
in Cœna edendum est.*

*Atqui caro visibilis & tactilis est naturale & essenti-
ale corpus Christi.*

*Ergo caro visibilis & tactilis est in Cœna sacramento
edenda.*

Assumptio probatur.

*Omne naturale & essenziale corpus habet proprieta-
tes humanas.*

*Atqui invisibilis, intactilis, omniaq; loca replens ca-
ro, nullas habet proprietates humanas.*

*Ergo invisibilis, intactilis, omniaq; loca replens caro
non est corpus naturale & essenziale.*

SOPHISMA III.

Tertium Synusiastarum argumentum dire-

E iij

Etum est, contra argumentū nostrum primum, secundum, octavum, & contra responsionem nostram datam ad sophisma secundum, pro orali manducatione corporis Christi allatum.

Quod habet proprietates divinas, omnipotentiam, omniscientiam, omnipresenciam, infinitā vim vivificandi, id nō statuendum est circumscriptum, visibile, tactile & finitum.

Atqui humanitas Christi per unionem personalem, ascensionem Christi ad cælos, & per sessionem ad dextram Dei accepit proprietates divinas, puta, omnipotentiam, omniscientiam, & omnipresenciam, & infinitam vivificandi vim.

Ergo humanitas Christi non est statuenda circūscripta, finita, visibilis & tactilis.

Resp. Nego assumptionem.

Ratio 1.

Cui tribuitur proprium Deitatis, eidem ipsa etiam Deitas tribuitur.

Atqui humanitati Deitas non tribuitur essentiali communicatione.

Ergo etiam humanitati non tribuuntur propria Dei-

Ut enim n̄ idoliū αὐτῆς θεοῦ ἔσται ἡ φύσις αὐτῆς, ut cū Theodoro in tertio Dialogo loquar: ita proprietas positio, ponit ipsam positiv. Vel, Si humana natura dici potest omniscia, eadem quoque dici potest Deitas.

Atqui humana natura non potest dici Deitas.

Ergo humana Christi natura non potest dici omniscia. Vel,

Si in

Si in humanitatem transeunt revera divina proprietates, ut volunt Ubiquitarii, transit in eandem ipsa quoque Deitas.

Atqui in humanitatem non transit ipsa Deitas: alioqui esset *θεός ἐπισημῶν*, Deus creatus.

Ergo in humanitate non transeunt divina proprietates.

Propositio liquet ex definitione proprii, quod recurrit cum suo subjecto: & ex Rom. i. v. 20. ubi tanquam *ἰσοδυναμοῦντα* sive æquipollentia ponuntur Deitas & omnipotentia.

Ratio 2.

Proprium est, quod alteri subjecto non comunicatur.

Atqui attributa Deitatis sunt proprietates Dei.

Ergo attributa Deitatis alteri subjecto, videlicet humanitati non communicantur.

Sunt autem in Christo duo subjecta, unum creatum, alterum increatum: proprietates ergo infiniti & increati subjecti non egrediuntur in aliud subjectum creatum.

Ratio 3.

Contradictorie propositiones non possunt esse simul verae, sed oportet alteram esse falsam.

Atqui hæc (corpus Christi est finitum, visibile, tactile, ~~immo~~ & corpus Christi non est finitum, visibile, tactile, sed infinitum, invisibile, intactile) sunt propositiones contradictorie.

Ergo simul verae esse non possunt: vera autem est hæc, quod corpus Christi sit visibile, tactile, circumscriptum: Ergo falsa est altera, quod corpus Christi sit invisibile, intactile, incircumscriptum.

E iiij

Ratio 4.

Quod habet infinitam potentiam, non potest á finita potentia superari & vita privari.

Atqui humana Christi natura fuit á finita potentia Judaeorum superata & vita privata.

Ergo humana Christi natura non habuit infinitam potentiam. Vel

Quod infinitum est, non potest comprehēdi & mori.

Atqui humana Christi natura infinita est propter unionē personale, ex hypothesi Ubiquitariorum.

Ergo humana Christi natura nec comprehendendi nec mori potuit.

Conclusio absurda est: ergo etiam altera premissarum: at non propositio: ergo assumptio.

Ratio 5.

Quod per unionem personalem infinita Deitatis attributa habet, id nō potest incrementum sumere.

Atqui humana Christi natura, tam corporis quā animae respectu, incrementum sumsit.

Ergo humana Christi natura, non habet per unionem personalem infinita Deitatis attributa.

Assumptio probatur ex Luc. 2. v. 52. Christus crevit staturā & sapientiā coram Deo & hominibus: non videbatur crescere, quā Deo nihil videtur, sed omnia intuetur ut sunt. Ergo

In quo crescit sapientia, in eo non potest esse infinita sapientia, id est, omniscientia.

Atqui in Christi anima crevit sapientia.

Ergo in Christi anima non potuit esse infinita sapientia.

1-88

1-74

entia, id est, omniscientia, qualem humanitati Christi tribuunt Ubiquitarii ex unione personali.

Ratio 6.

Qui omnia scit & omnia potest, is alterius opem non implorat.

Atqui humanitas Christi, tam in sua quam in aliorum causa, alterius videlicet Dei auxilium implorat.

Ergo humanitas Christi non omnia scit, nec omnia potest.

Hactenus refutavimus argumenti objecti assumptionem: at illam confirmare nituntur Ubiquitarii sequentibus rationibus.

Ratio 1.

Cui data est παντα δυνατα, id est, omnis potestas, is est omnipotens.

Atqui humanitati data est omnis potestas, Matth. 28. v. 18.

Ergo humana Christi natura est omnipotens.

Resp. 1. Propositio universaliter posita falsa est: quia differunt δυνατα παντα; & παντα δυνατα. Imperatori nostro data est potestas recuperandi Turcicum imperium, sed illi non est data facultas & potentia. Sic etiam Christi humana natura habet jus & potestatem in omnes creaturas: quod autem ipsa perficere non potest, id perficit virtute propriae suae Deitatis: Quodcunq; enim humanitas jam vult, id non negatur ei a Deitate sua.

2. Secundó, si vel maximé Ubiquitariis con-

7. Respo
tio. p. 180

57

cederemus, humanitati omnia data esse, omniscientiam & omnipotentiam, non tamen nos erroris convincerent. Nam

Cui datur Deitas, ei dantur omnes Deitatis proprietates.

Atqui humanitati per unionem personalem, non per transfusionem, data est Deitas.

Ergo humanitati Christi data sunt omnia, non per transfusionem, sed per unionem:

Et per consequens quaecumque vult, ea per propriam Deitatis suae vim & potentiam potest perficere.

Ratio 2.

Qui omnia scit, is habet divinas proprietates.

Atqui humana Christi natura omnia scit.

Ergo humana Christi natura habet divinas proprietates.

Resp. 1. ad propositionem: Qui omnia scit, 1. ex se, 2. uno intuitu, is habet divinas proprietates: Sic Deus omnia ex se scit, uno intuitu, Heb. 4. v. 13.

2. Ad assumptionem: in statu *ταπεινώσεως* sive humiliationis humanitas Christi non omnia scivit: Crevit enim sapientiam coram Deo, Luc. 2. v. 52. ignoravit extremum iudicii diem, Marc. 13. v. 32. ignoravit esse in arbore ficos, Matth. 21. v. 19. Jam in statu exaltationis novit quidem Christi humanitas omnia, quot sint damnandi, quot salvandi, quot sint mortui, quot morituri:

rituri: sed hæc non novit ex se, neque novit ea uno intuitu, sed diversis cogitandi actibus.

Ratio 3.

Qui nobiscum est usque ad consummationem seculi, eum ubique esse oportet.

Atqui Christi humanitas nobiscum est usque ad consummationem seculi.

Ergo Christi humanitas ubique est.

Resp. Assumptio negatur: quia dicitur: Ego vobiscum sum: nō humanitas mea, &c. Sic dicitur Joh. 8. Antequā Abrahamus erat, ego sum, non certē secundū humanitatem, sed secundū Deitatem: Et passim testantur Evangelistæ: Christum non semper nobiscum fore: Matth. 26. v. 11. & terram hanc deserturum, Joh. 16. v. 11. uti etiam re ipsa fecit Act. 1. Nam profectus est in cœlum, & in eo mansurus est, usq; ad extremum diem iudicii.

Ratio 4.

Quod personaliter Deitati conjunctum est, id oportet esse ubique.

Atqui humanitas Christi personaliter filii Deitati conjuncta est.

Ergo humanitas Christi est ubique.

Resp. Propositio falsa est: Nam humanitas Christi in utero matris jacens, in terris ex loco in locum migrans, in cruce pendens, quin etiam in partes essentielles in corpus & animā distracta, cōjuncta fuit personaliter cum Deitate sua: nec tamē cum Deitate omnia loca replevit.

Quid? quod Ubiquitarii docent, corpus Christi gloriosum, physicé in cælo cōsideratum, esse jam circumscriptum, quod tamen á Deitate avulsum esse, nequaquam sunt dicturi? Et quomodo humanitas Christi divelli posset á Deitate, cum Deitas in omnibus locis sit, atq; sic etiam in assumpta humanitate? Quanquã aliter est in hac, quã in aliis creaturis: in hac enim sola est per inhabitationē personalē. Cæterum cur Deitas filii Dei, quæ tota etiã in nobis est sua essentia, nobiscū personã non efficiat, rectiùs intelligent illi, qui cōsiderabunt, nostras naturas non esse personaliter cum Deitate unitas. Ut enim ædificiū tectum cōprehendit suo ambitu, & mensas & colūnas, & tamen mensa non est pars ædificiū, columnæ verò ædificiū pars æstimantur propter copulationem: ita Deitas sua essentia complectitur quidem, & suam humanitatem & omnes creaturas, sed sola humanitas, non etiam reliquæ creaturæ sunt ei personaliter unitæ ac copulatæ.

Si quis hanc responsionem repudiaverit, negaverit etiam, Christi humanitatem in ταπεινώσει circumscriptam & finitam, fuisse Deitati infinite personaliter unitam.

Hoc argumentum alio fuce illitum, sic proponitur:

Λόγος sive Deitas Christi est illocalis.

Humanitas Christi assumpta est in λόγον sive Deitatē.

Ergo humanitas Christi est illocalis.

Resp.

Resp. I. In hoc syllogismo quatuor sunt termini: nam in Majori est λόγος, in Minori est res assumpta in λόγον: ne itaque syllogismi leges violentur, argumentum hoc modo formandū est:

Λόγος est illocalis.

Humanitas Christi est λόγος.

Ergo humanitas Christi est illocalis.

Sed in hoc argumento, assumptio ut falsissima negatur: Nam

Λόγος est spiritus aeternus, increatus, incorporeus, immortalis.

Atqui humanitas Christi non est spiritus aeternus, increatus, &c.

Ergo humanitas Christi non est λόγος.

Quamobrem per βίαιον retorqueatur argumentum in adversarios:

Quod in Christo illocale est, id λόγος est.

Atqui humanitas Christi non est λόγος.

Ergo humanitas Christi non est illocalis.

Quod si syllogismus Ubiquitariorum, quo concludunt, humanitatem esse illocalem, bene concludit, negari non poterit, quin hic quoque syllogismus bene concludat: quia par omnino observatur concludendi ratio.

Λόγος est aeternus spiritus, increatus, incorporeus, immortalis, invisibilis, intactilis.

Atqui humanitas Christi assumpta est in λόγον.

Ergo humanitas Christi est spiritus aeternus, increatus, incorporeus, immortalis, invisibilis, intactilis.

Ratio 5.

Quod est vivificum, id habet divinam proprietatem.

Atqui caro Christi est vivifica.

Ergo caro Christi habet divinam proprietatem.

- Resp. Assumptio totidem verbis in Scriptura sacra nō legitur. (Nam apud Evangelistam Johannem, ex quo argumentum petitur, Christus dicit, se carnem suam dare pro mundi vita. Item, qui carnem suam ederit, habere vitam æternā) interim negari nō potest, á Patribus eam phrasin fuisse usurpatam. Respondemus ergo, carnem Christi manducatam vivificare, sive vitam æternam nobis dare, nō ratione virium & qualitatum carni Christi inhærentium, sed ratione mériti & mortis. Nam Christus moriendo mortem æternam á nobis depulit, & impetravit vitam æternam. Quæ vivificatio vel vitæ æternæ impetratio facta est in cruce, non in nobis, imó cōtigit nobis antequam nati essemus. Quod Christi caro vitam æternam det non visita & inhærente carni, sed merito & morte sua, docet Christus perspicuis hisce verbis, Joh. 6. v. 51. Panis, quem ego vobis daturus sum, est caro mea, quam ego dabo pro mundi vita. Hic tamen notandum est, carnem Christi non solum, sed á Deitate adjutam istam æternam vitam impetrasse. Nam caro Christi sola, quippe finita & finitis viribus prædita, non potuisset infinitum onus iræ divinæ gestare ac sufferre, nisi fuisset sustentata & adjuta á λόγῳ, ab infinita illa

ta illa potentia. Ideo dicit *mea*, id est, filii Dei caro; & ego, verus Deus, Dei filius, dabo carnem meam pro mundi vita. Nam Deus suo sanguine redemit Ecclesiam, & sanguis Jesu Christi filii Dei purgat nos ab omni peccato, Act. 20. 28. 1. Joh. 1. 7.

Christus loquitur de ea vivificatione, quæ etiam piis veteris Testamenti contigit: Nam expressé dicit, eos vitam æternam non habituros, qui ipsius carnem non edant: constat autem fideles veteris Testamenti habere vitam æternam: non itaq; dubitandum est, etiam eos carnem Christi manducasse, sicque consecutos esse vitam æternam: Ergo

*Ut in veteri Testamento caro Christi vivificavit pi-
os, vel eis vitam æternam dedit: ita etiam nunc
eadem in novo Testamento vivificat & æternam
dat vitam.*

*Atqui caro Christi in veteri Testamento vivificavit
solo λύτρο, merito & morte futura, non virtute
carni inherente.*

*Ergo eadem etiam in novo Testamento vivificat ra-
tione τῆς λύτρου, meriti & mortis, non ratione
virtutis carni inherens.*

Quòd si ad vitam æternam dandam actualis
& præsens ἐνεργεια ac vis carnis vivificatricis re-
quireretur, nemo veterum vitam æternam
consequutus esset, quippe quorum tempori-
bus caro Christi nondum extiterit. Cæterum
in omni salvando duo requiruntur, unum, ut
liberetur à morte æterna, id est, ab æterna dam-

natione, alterum, ut mortuus in peccatis vivificetur: prius Christus præstitit moriendo, alterum præstitit & præstat efficaciter operando. In veteri Testamento virtute futuri sacrificii á fidelibus mors & damnatio æterna fuit profligata: valore ejusdem victimæ gratia Dei & Spiritus sanctus est impetratus, per quem fideles sunt vivificati, & ad novam sanctamque vitam renovati.

Ut ergo in veteri Testamento pii vivificati vel in novã vitam renovati sunt, nõ virtute carnis Christi, quæ nondum extitit, sed efficacia Deitatis & Spiritus sancti, propter sacrificium Christi futurum á patre dati: ita etiam in novo Testamento renovamur ad imaginem Dei & vitæ novitatem non virtute carni Christi inhærente, sed ἐνεργεία & operatione Deitatis ac Spiritus sancti per carnem filii Dei mactatam acquisiti.

Porro si in carne Christi fuisset divina & infinita vivificandi vis, non potuisset ea ab ulla finita potentia superari & occidi. Atqui fuit caro Christi occisa. Unde sequitur, eam vitæ vim non fuisse infinitam & divinam.

Profectó, in quo omnes vitæ vires extinctæ sunt, in eo nõ potest esse vita, & per consequens id alios vi inhærente vivificare non potest.

Atqui in carne Christi occisa & sepulta omnis vis vitæ extincta est.

Ergo

Ergo in ea mortua non fuit vita, & per consequens tum alios virtute inhærente vivificare non potuisset: Quod si vis vivificandi pios carni Christi inclusa est, quomodo mortua Ecclesiam vivificavit & in vita spirituali conservavit?

Adhæc ejus vi & virtute nos vivificamur, cujus operatione humana Christi natura mortua, vivificata fuit & in vitam revocata: 6.

Atqui caro Christi sepulta sola Deitatis virtute & ἐνεργεία fuit vivificata, Rom. I. v. 4. I. Pet. 3. v. 18. Rom. 8. v. 11.

Ergo etiam nos sola virtute Deitatis Christi in vitam revocamur.

Frustra igitur de virtute carni Christi inhærente, qua vivificemur, disseritur. Deniq; si adversarii per vivificationem, non meritum, sed efficaciam Christi intelligunt: Ea nihil aliud est quam regeneratio sive renovatio interni hominis, ubi oculi mentis extincti vivificantur & illuminantur, ut intueri possint Deum patrem, Jesum Christum & vite æternæ viam, ubi itidem voluntati implantatur fiducia in Deo acquiescens & promptitudo serviendi Deo & proximo. Quis verò hanc ἐνεργείαν carni Christi tribueret? Cōstat siquidem intelligendi & volendi facultatem non inesse ossibus & nervis carnis Christi, sed spiritui tum increato tum creato. Quamobrem quo quis caret, hoc alteri tribuere non potest: Atqui caro Christi intelligendi & volendi fa-

F

cultate destituitur. Ad quid ergo multum disceptatur de vi vivifica, carnis Christi substantiæ inhaerente?

Ratio 6.

Quod ideo ascendit in caelos, ut omnia impleret, id finitum & visibile dicendum non est,

Atqui humanitas Christi in caelos ideo ascendit, ut omnia impleret, Eph. 4. v. 10.

Ergo humanitas Christi non est dicenda finita & visibilis.

Resp. Quod implet omnia, sua videlicet essentia, id profectó non potest dici finitú & visibile: verúm nusquam legitur, carnem Christi omnia loca replevisse sua substantia. De donis constat, quód ea in omnia membra Christus effuderit post suam in caelos ascensionem. Ideo ex Psalm. 68. 19. adducitur, quód Christus acceperit dona pro hominibus, quæ in glorioso suo statu in Ecclesiam effunderet. Ut enim Imperatores coronati in vulgus projiciunt pecuniam ad testandam liberalitatẽ sive *μεγαλοπρέπειαν*: ita Christus honore & gloria coronatus spiritus sancti dona copiosè effudit in sanctum suum cœtum. Huc pertinet illud Johannis cap. 7. v. 39. Spiritus sanctus nondum venerat, quia Jesus nondum fuerat glorificatus. Quid quód ipse textus manifestè docet, agi nõ de carnis, sed de donorum Christi diffusionem? Dehortatur enim fideles á contentione & discordia, & contrá hortatur ad concordiam & pacis studium, hoc argumeto,

to,

to, quia sit una fides, unus Deus, unus Domini-
 nus, unum baptisma: quæ unitas distractionem
 non ferat: Et Christum ideo de cælo descendisse
 in terram, imò in inferas terræ partes, etiam
 in sepulcrum, ut eo modo nobis non tantum
 gratiam & favorem Dei, sed etiam Spiritum
sanctum impetraret, per quem in unum cor-
 pus coalesceremus, atq; sic tanquam unius cor-
 poris membra in pace & concordia viveremus.

Mirandum autem est, quomodo, per ascen-
 sionem Christi in cælos, corporis Christi ubi-
 quitatem probare possint, cum eadem ex unio-
 ne personali duarum naturarum demonstrare
 conentur: Effectus siquidem non possunt esse
 ante causam. Quòd si Christi caro ubiq; fuit, e-
 tiam ante ascensionem (quod vel de ipsa Cœnæ
 primæ actione concedent) profectò ascensio in
 cælos nō potest esse causa omnis-præsentia &
 ubiuitatis.

Et si Christi caro in ipsa ascensione ex loco in
 locum, ex parte inferiori in superiorem migra-
 vit, deserens terram, & furfum ad cælum tendens,
 cur tanta contumacia contenditur, per ipsam
 ascensionem in cælos factam fuisse infinitam?
 Quod enim incircumscriptum est, omniaq; lo-
 ca replet, non potest ex loco in locum moveri,
 & quod ex loco in locum migrat, circumscri-
 ptum arguitur. Ajunt adversarii Christum ivis-
 se ad patrem, qui in omnibus locis sit: At, in-
 quã, etsi pater in omnibus locis sua essentia est,

XB

lis-
 tia
 d fi-
 r o-
 vi-
 en-
 ile:
 nia
 tat,
 erit
 lm.
 ona
 Ec-
 ro-
 an-
 stus
 ona
 luc
 itus
 um
 na-
 um
 es á
 tur
 en-
 to,

præcipuè tamē in cœlo, in loco beatorum, sanctis angelis & hominibus suam ostendit maiestatem & bonitatem. Ideo Christus ad patrem iturus, sursū profectus est, ex terra elevatus per nubem: Et quorsum Elias in cœlum translatus abiit? num deorsum an dextrorsum? profectio pallii dejectio manifeste docet, cum ex inferiore parte in altum elevatum esse. Quis ignorat, nos etiam ad patrem ituros esse? vult enim Christus, ut, ubi ipse sit, nos quoque ejus ministrifimus, Johan. 14. v. 3. & 17. v. 24. Et Paulus dicit, nos semper cum Domino futuros, 1. Thes. 4. v. 17. Quorsum autem nos venturifimus? nōne sursum rapiemur Domino in occursum? 1. Thes. 4. v. 17. Confer ergo jam hæc duo argumenta inter se:

Deus est ubique.

Christus secundum humanitatem ivit ad Deum.

Ergo Christus secundum humanitatem est ubiq₃. Et

Christus est ubiq₃:

Nos iturifimus ad Christum:

Ergo nos futurifimus ubique.

Certe ut in priori, ita etiam in posteriori argumento, quatuor termini invehunt absurdam conclusionem: Quis enim non videt, maxime hæc inter se differre, Deum esse & ire ad Deum?

Ratio 7.

Dextra Dei est ubique.

Humanitas Christi sedet ad dextram Dei.

Ergo humanitas Christi est ubique.

Resp.

Resp. I. Sunt quatuor termini: quia aliud est esse dextram Dei, aliud sedere ad dextram Dei.

2. Sic ergo syllogismus á vitiis assertus formandus fuerat,

Dextra Dei est ubique.

Humanitas Christi est dextra Dei.

Ergo humanitas Christi est ubique.

In quo syllogismo assumptio verissimé negatur. Nam

Dextra Dei est aeterna, invisibilis, increata.

Atqui humanitas Christi non est aeterna, increata, invisibilis.

Ergo humanitas Christi non est dextra Dei.

Instant Ubiquitatis patroni: Sedere ad dextram Dei, est regnare in Ecclesia, I. Corinth. 15.

Ergo

Qui regit subjectos, illum oportet hisce presentem esse.

Atqui humanitas Christi sedendo ad dextram Dei regit omnes creaturas subjectas.

Ergo humanitatem Christi presentem omnibus creaturis esse oportet.

Resp. Nego majorem: quia non necesse est, regem singulis subjectis presentem esse, satis est, si habent ministros qui illis presentes sunt. Sic non est necesse, humanitatem Christi singulis creaturis presentem esse, satis est, quod personaliter adjunctam sibi habet Deitatem, per quam omnibus illis praesens est.

Ergo humanitas Christi habet ἔξουσιαν, jus,

*Rep. 11
223.*

n-
je-
em
ber
us
tó
io-
at,
im
ni-
lus
ef.
is?
ur-
uo

Et

ar-
am
mé
m?

esp.

potestatem & imperium in omnes creaturas visibiles & invisibiles. Quemadmodum veró in reliquis mediatoris officiis perficiendis in hunc finem humanitati Deitas adjuncta & personaliter copulata est, ut, quod humanitas præstare non potuit, per Deitatem perageretur: ita etiam Christus in regimine & imperio propter eundem finem Deitatem humanitati personaliter habet unitam, ut per Deitatem exequatur, quæ per carnem perficere non possit. Quis ignorat carnem & ossa Christi non intelligere, ac intelligendi & volendi vim inesse nõ carni, sed spiritui intellectus & voluntatis capaci? ** Quis veró negaverit, ineptum eum esse ad imperium, qui sapientia & prudentia caret? Quid ergo? Num Ubiquitarii ab imperio & regimine Christi excludent ejus corpus, sive carnem & ossa, quia hæc non sunt intelligendi & volendi facultate prædita? ut ergo in humanitate Christi anima ejus præstat, quod corpus perficere non potest: ita in tota Christi persona Deitas perficit, quod humanitas præstare nequit. Quód si Ubiquitarii pergunt contendere, humanitatem Christi eodem modo regere Ecclesiam, quo Deitas eam gubernat: Concedant id necesse est, non tantúm de anima, sed etiam de corpore. Atqui corpus Christi non eo modo gubernat Ecclesiam quo ejus anima. Nam anima Christi sua sapientia & prudentia & beneyola sua voluntate plurimum Ecclesiæ com-*
moda

moda promovet, cum corpus in carne, nervis & ossibus consideratum non habeat sapientiam, prudentiam & voluntatem nobis succurrendi.

Hic itaque syllogismus Ubiquitariis proponatur ventilandus:

Qui alios regunt, eos oportet esse sapientia & prudentia praeditos.

Atqui ossa, carnes & nervi Christi non sunt sapientia & prudentia praediti:

Ergo ossa, carnes & nervi Christi alios non regunt.

Hunc syllogismum in hunc finem propono, ut Ubiquitarii intelligant, non regi nos ossibus & nervis Christi ad dextram Dei collocatis, eaque de causa non opus esse, ut carnes & ossa Christi, quo recte Ecclesia regatur, omnia loca impleant, sicque subjectis creaturis praesentia sint. Nec vero is tantum regit, qui potentia sua defendit subditos, sed qui eos etiam consilio & prudentia instruit. Atqui ossa, carnes & nervi Christi non possunt Ecclesiam consilio & prudentia instruere: Haec enim non sunt in corporea, sed in spirituali essentia prudentiae & consilii capaci.

* Ratio 8.

Quicquid translatum est extra omnem loci conditionem & suam subsistentiam habet non in loco, illud est ubique, & non in loco.

F iiij

Responsum
no

Atqui caro Christi translata est extra omnem loci conditionem, & suam subsistentiam habet non in loco.

Ergo caro Christi est ubique & non in loco.

Resp. Assumptio falsa est: Siquidem Christus fuit in utero matris conceptus, quem in loco esse, nemo sanus negaverit. Ut autem rectius intelligatur, veré negari assumptionem: falsitatem argumenti ostendam argumentationibus superiori parasyllogismo plané similibus:

Quicquid translatum est extra omnem loci & temporis conditionem, illud est ubique & aeternum, non in loco aut in tempore.

Atqui caro Christi etiam in utero matris translata est extra omnem loci & temporis conditionem.

Ergo caro Christi etiam in utero matris fuit ubique & aeterna, non in loco aut in tempore.

Item:

Quicquid translatum est extra omnem loci conditionem, id prehendi, cruci affigi & occidi non potest.

Atqui caro Christi translata est extra omnem loci conditionem in unione personali, ex hypothese Ubiquitariorum:

Ergo caro Christi prehendi, cruci affigi & occidi non potuit.

Conclusio hæc absurda est, ergo ex absurda præmissa extruitur: vera autem est propositio: assumptionem ergo falsam & absurdam esse oportet.

Ratio

5-72

Ratio 9. præcedenti sophismati similis.

Ubicunque λόγος est, ibi est incarnatus.

Atqui λόγος est ubique.

Ergo λόγος incarnatus est ubique.

Resp. Multa hîc concurrunt sophismata. I. Ambigua est conclusio: quia non apparet, an hunc habeat sensum: λόγος, qui jam est incarnatus, est ubique: an illum: λόγος carnem assumpsit ubique: quorum posterius falsum: quia λόγος carnem assumpsit, non ubique, sed in solo virginis Mariæ utero. Prius est verum, sed nihil ad quæstionem controversam facit. Quæstio enim est non de λόγος incarnato, sed de carne in λόγος personaliter assumpta. II. Deinde propositio syllogismi similiter ambigua est. Admittit enim triplicem sensum, nempe, ubique jam λόγος est, ibi carnem assumpsit: Et, ubicunque jam λόγος est, ibi, seu in illo ipso loco etiam est caro assumpta. Et, ubicunque jam λόγος est, ibi ita est, ut carnem assumptam secum habeat, licet non in omnibus locis, ubi ipse est. Qui posterior sensus verus est, duo priores falsi. Sed quid opus est verbis? etsi conceditur id quod concluditur, videlicet λόγος incarnatum esse ubique; hinc tamen non sequitur id, de quo est quæstio; carnem τὸ λόγου esse ubique. Sic autem formandum esset argumentum, ut concluderetur id quod volunt Ubiquitarii:

Ubicunque est ὁ λόγος, ibi est caro τὸ λόγου.

Atqui ubique est ὁ λόγος.

Ergo etiam ubique est caro τῆς λέγου.

Cæterum in hoc syllogismo major propositio falsa est: Hoc enim est inter nos ζηλούμενον, quod illi sumunt tanquam διδόμενον.

Hæc præcipua argumenta sunt, quibus Ubiquitarii turbant simpliciores.

IV.

QUI COENAM DOMINI

accedere, vel ab ea abstinere debeant.

Restat ut ultimo loco explicemus, qui Cœnam accedere, & qui ab ea abstinere debeant, vel qui ad Cœnæ usurpationem adhortandi & exstimulandi aut etiam ab ea arcendi sint. Ubi excutienda sunt tria. 1. Qui debeant accedere Cœnam Domini, vel quid requiratur ab iis qui sacramento Cœnæ uti volunt. 2. Causæ explicandæ sunt, cur pii Cœnæ se subducere non debeant. 3. Cur impii & infideles à Cœna Domini abstinere & accedentes arceri debeant.

DE PRIMO.

Cœna Domini instituta est discipulis Christi probare se valentibus. Sic enim Paulus ait in præsentis textu: v. 28. Probet quisque se ipsum & ita de pane & poculo illo edat bibatq̄. Probandi autem verbum significat idem quod explorare & examinare. Sic fabri lignarii, cupientes scire, an lignum

gnum rectum aut curvum fit, examinant illud ad regulam & amissim: aurifabri examinant aurum ad ignem & lydium lapidem: aromata & liquida nonnulla palato probamus. Breviter dicendo, res nobis suspectas ad examina revocamus. Nos ad conversationes & consilia nostra non admittimus eos, quos non antequam probé examinavimus & examinando cognovimus. Et Christus habere vult convivas, sed probatos, synceros, & erectos. Qui itaque σύσπιτος & σω-πεύτης Christi esse voluerit, excutiat & probet se diligenter, an in se ea deprehendat, quæ Christus à convictoribus & commensalibus suis requirit.

Examen autem instituat

1. Juxta Legis præscripta.

2. Juxta Evangelii monumenta.

Ad Legem probé te examinabis & probabis, si consideres

1. Quæ lex à te postulet.

2. An ea præstiteris.

3. An Legis violatio in te dolorem peperit.

Postulat autem Lex, ut Deum & proximum sinceré & perfecté diligas. § - 45

Deum diligit, qui cum pro summo agnoscit bono, eoque fiduciam in eo collocat, omnia in summa humilitate ab eo expectat petitque, & pro acceptis gratias agit, non tantum pia & præclara de DEO in corde cogitando, sed etiam DEI sapientiam, misericordiam, bo-

1. *Ad Legem
Examinatio*

nitatem & justitiam lingua decantando, & factis externis obedientiam præstando, mandata faciendo & prohibita fugiendo patienterque omnia adversa ferendo.

Proximum diligit, qui ex animo illi favet, factisque ejus incommoda pro virili arcet, & commoda promovet: Hæcque præstat non tantum confanguineis, cognatis & affinibus, amicis & vicinis, sed etiam extraneis, peregrinis & hostibus.

II. Quis verò nostrum est, qui hæc præstiterit? Quotidie erramus, labimur & peccamus contra hanc Dei sanctam legem: quod ex eo liquidum erit, si nos ipsos & vitam nostram ad eam examinaverimus. Ex Lege enim est agnitio peccati; Rom. 3. v. 20. & 7. v. 7. est lex instar speculi in quo intuemur nostram deformitatem, Jacob. 1. v. 23. 24. Ad hoc speculum sæpius nobis recurrendum est, quippe qui singulis momentis peccatis nos deformamus. Delicta enim quis intelligit? Psal. 19. v. 13. Ideo filii Dei toties patrem caelestem invocant, Remitte nobis debita nostra. Et David ex consideratione quotidianorum lapsuum ait: Domine, non intres in judicium cum servo tuo: coram enim te non subsistet ullus vivens, Psal. 130. v. 3. & 143. v. 2. Hoc examen & judicium sæpius est instituentum ex hoc Dei mandato. Ideo accusantur fideles Corinthii hoc in loco, quod seipsum non judicassent, v. 31.

Post-

Corinthij

Postquam veró in hoc examine & iudicio ac- III.
 curato cognovimus, nos multis modis violasse
 Legis præcepta, atque ita inobedientiâ nostrâ
 Deû patrê nostrum offendisse, accusemus nos
 ipsos, non excusemus peccata aut extenuemus,
 sed magnitudinem & multitudinẽ eorum quo-
 tidie ob oculos ponamus, & ex animo dolea-
 mus, quód hunc tam benignum patrem offen-
 derimus, eumque oremus, ut ea nobis ignosce-
 re velit, & si castigatio eo nomine nobis susti-
 nenda sit, lubenti animo colla nostra ejus iugo
 submittamus. Taxatur hoc in Corinthiis, quód
 tot peccatis conspurcati non erexissent in cor-
dibus tribunal, ut se ipsos accusarent, sed ita for-
 didati & maculati ad mensam patris accessis-
 sent. Qui liberorum ingenuorum sunt, qui
 patris mensam accessuri, non prius se con-
 templantur in speculo, & videntes deformita-
 tem, eam non prius abstergant aut abluant,
 quam ad patris conspectum prodeant? & nos
 ad patris cælestis mensam ita conspurcati acce-
 deremus? Fit sæpenumero, ut etiam impii ad
 Legem vitam examinent, & peccata sua videant,
 & ea deplorent, (Apparet id ex Caini, Esavi,
Saulis, Ahitophelis, Achabi & Judæ doloribus
 in abyssum eos deprimentibus) verúm hi eju-
 latus impiorum Deo summopere displicent.
 Nam dolent illi non propter Deum offensum,
 sed propter pœnas menti & oculis obversantes.
 Oderunt peccare boni virtutis amore,

Corinthij
 Theonox de
 Euph. in Hebr.
 Euph. d. isop
 Ths dicens epoi
 m'ca' ev th
 quibj.

Pœni & culpa
 tentia & pœna.

Examen ad
Evangelium
de
Sine
in
FIDE

Oderunt peccare mali formidine poenæ. Deinde, ubi nos ad Legem ita examinaverimus, ut modus statuatur dolori ex peccatis cōtracto, ad Evangelium est recurrendum, novumq; de nobis est instituēdum examen. Quale nam? Scilicet, an certó credamus, Jesum Christum nostra etiam peccata in se suscepisse, portasse & morte sua expiasse, sicque nos Deo patri reconciliaffe. Nam Christus tales requirit convivas, qui recordantur mortis suæ eaque recordatione fidem fovent, augent & stabiliant. Ideo Paulus hortatur Corinthios, ut se ipsos probent, an in fide sint, 2. Epist. 13 v. 5. Hæc enim fides cordi inscripta digito Dei habet rationem literarum: uti ergo literis sigilla appenduntur, & chartæ mundæ, in qua nil scriptum videtur, frustra sigillum imprimitur: ita frustra hæc signa sacramentalia accipiuntur, ubi in corde nullæ Evangelicæ literæ apparent. 2. Corinth. 3. v. 3.

Tertió, quia etiam Evāgelii doctrina requirit sanctam vitam, & animum pro beneficio accepto gratum, probabit & examinabit se homo, & secūdum Evangelium, & secundum Legem, an in ipso studium sit vivendi secundum Dei præscriptum, & prompta voluntas exercendi se in dilectione Dei & proximi. Est enim Lex non tantum speculum, sed etiam regula & amussis vitæ nostræ: Et ubi viva fides est, sine bonis operibus esse non potest.

DE SECUNDO.

Qui se ad eum, quem prescripsimus modum, probatos invenerunt, non se Cœnæ subducant, sed quoties celebratur, ad mensam Domini se sistant, tum Dei Christi que, tum suorum ipsorum causa.

Dei & Christi causa:

*Frequens usus
in causa*

*Dei & Christi
causa
usant ipsi*

Cum enim Deus & Christus propter beneficium liberationis in hac solenni actione laudari & celebrari velit, summa profectio eorum ingratitude est, qui ista subductione Deum sua laude a honore privant. Et ut Samaritanus ille a lepra sanatus & ad Christum rediens & gratias pro beneficio accepto acturus sum opere commendatur: novem autem reliquis ingratitude nota inuritur: Luc. 17. v. 16. 17. ita cogitent Cœnæ Domini neglectores, Christum eorum absentia & subductione magnopere commoveri, & ad iram concitari: Plurimum autem exhilarari, si animo laudes Dei enarrandi & decantandi Cœnam Domini accedamus. Ita mandaverat Deus populo Israëlitico, ut lætis animis cultui divino adessent, Deum que ex consideratione beneficiorum acceptorum, laudarent ac celebrarent, Levit. 23. v. 40. Deut. 12. v. 7. 12. 18. Verum cum in nos collata beneficia multo sint illustriora ac clariora, major & illustrior quoque nobis esse debet fervor & ardor Deum prædicandi, Rom. 13. v. 12. Heb. 9. v. 11. & 10. v. 11. 12.

Suorum ipsorum causa.

I. Habent fideles multos hostes, á quibus infestantur & oppugnantur, contra hos ut subsistere possint, nulla media, quibus confortari queant, ab iis sunt negligenda. In hac autem spirituali militia prodest nobis verbum Dei, profunt sacramenta, profunt precés. Hæc itaque arma *ἀμφοτέρως* amplexanda & mordicus retinenda sunt. Si milites ab hostibus circumvallati discinctis vel abjectis armis securé in utramque aurem dormiant, quomodo se, hoste in castra irruente, defendere poterunt? Est vita hominis Christiani continua militia (unde alia militans appellatur Ecclesia) in qua nisi semper expedita habeamus arma, facile ab hostibus superabimur. Qui infirmo corpore lutosam & lubricam ingrediuntur viam, grato animo accipiunt baculum, cui inniti & quo se fulcire possint: nos naturâ sumus infirmi, nobisque ad patrem cælestem tendentibus per lubricam mundi viam inambulandum est, quid igitur cunctamur de scipione recipiendo & retinendo?

Appellantur Sacramenta sigilla: Quis veró ignorat, quám magnus sit sigillorum usus? iis acceptis, quiescimus, priús curis & sollicitudinibus agitati. Si agri vel donati vel emti causa litem quis nobis intentet, & nos é possessione ejus extrudere conetur: quám fidimus, in iis angustiis

gustis, literis & sigillis nostris? hæc ostentamus, hæc adversarii criminationibus opponimus, hisce eum tandem reprimimus, & de legitima possessione confirmamur. Ut ergo filii hujus seculi emtis vel alia ratione comparatis agris, ubi intellexerunt, senatum ad confirmandos contractus & literas obsignandas convenisse, catervatim convolant, tantam rei commoditatem nequaquam neglecturi: ita cogitemus, quoties Cœna Domini celebratur, patrem nostrum cœlestem velle in ea solenni actione literas & sigilla communicare electis Dei fidelibus, quibus confirmetur, hæreditatem cœlestem, acquistam per Christum, ad ipsos pertinere. Qui horum consideratione non movetur, is profectó indignus est, cui ullum contingat beneficium.

II. Honorificum quoque id est piis, si conspiciantur in numero filiorum Dei. Ut enim fratres & sorores ad convivium solenne á patre institutum frequentes conveniunt, ad testandam obedientiam & declarandam fraternam caritatem: at veró se subducentes produnt manifesté patris contemptum & simultates & odia, quibus ardent erga fratres: ita etiam Cœnam Domini accedentes obedientiæ & concordiæ laudem consequentur, ab ea veró abstinentes contumaciæ crimen incurrent & discordiæ spiritum prodent. Sed viderint illi, qui se á congregatione filiorum Dei separant, ne paulatim se associant colluyiei impiorum, Diabolo ser-

vientium. Dicitur enim panis *κοινωνία* Christi, quia testimonium est, quo publicé pii declarant, quód sint in communionem Christi, alieni á societate Diaboli. Qui igitur se isto sacramento *κοινωνίας* Christi subducunt, ii Christi *κοινωνίαν* quasi respuunt. Qui olim cum piis Israëlitis non edebant agnum paschalem, habebantur alieni á federe, á piorum societate exclusi: Noverimus autem, Cœnam paschati substitutam esse, ideoque etiam illius contemtores, non Christi, sed Diaboli federatos esse censendos. Jam calculos subducamus, utrum majori honori nobis sit, in numero filiorum Dei, quám in impiorum turba conspici.

III. Damnum plurimum affert Sacramenti hujus contemptus: Nam, ut antea dixi, paschati successit. Qui veró per contemptum negligebat esum agni paschalis, capitis accersebatur, & ex populo Dei, tanquam Satanæ mancipium exterminabatur: ut videre licet ex Num. 9. v. 13. Vocantur sacramenta verba Evangelii visibilia: ut autem verbi Dei contemptus omni tempore severissimé fuit punitus: ita statuendum est, qui visibile hoc Dei verbum contemserit, eum vindices Dei manus non evasurum. Constat ex Matth. 22. & Luc. 14. quantopere ad iram commotus fuerit rex parans filio nuptias & convivium nuptiale, cum invitati tergiversarentur & benignitatem illam aspernarentur. Quis veró dubitat, nos non tantúm per verbum,

bum, sed etiam per externa sacramenta ad convivium illud spirituale invitari, eosque graves sensuros esse pœnas, qui invitati subductionis & absentiae causas quærunt?

Quin in ultimo iudicio contra ingratos nostros homines surgent ii, qui in veteri Testamento vixerunt. Nam in vet. Testamento à Hierosolymis remoti, sacramentorum percipiendorum causa longissima itinera ingressi, corpora defatigaverant, sumtus in itinere magnos, Hierosolymis majores, victimas comparando, maximos in illa diutina mora & in reditu fecerant: in circumcissione etiam dolores multos senserant: & quid nobis in nostrorum sacramentorum perceptione tam graviter accidit? in ipsis foribus sacramenta offeruntur, & gratis exhibentur, ac in eorum perceptione dolores nulli sentiuntur.

DE TERTIO.

Ut haecenus pluribus hortati sumus pios & fideles ad sacramenti hujus perceptionem, ita impios ab ejus usurpatione studiosè dehortamur. Nil enim inde habebunt commodi, peccatis verò pluribus se onerabunt, & pœnis, tum temporalibus, tum æternis, nisi resipuerint, se implicabunt. Nam primò sine fide accedentes impuri & immundi judicantur, sanguine Christi nondum purgati (fide enim corda purificantur, Act. 15. 9.) Impuris autem omnia impura sunt, Tit. 1. 7. 15. Dum ergo sacra symbø-

*Impios
dehortamur
701.*

la impuri contrectant, conspurcant & contaminant ea, atque sic ignominia afficiunt rem signatam, hoc est, Christum crucifixum; non enim semper necesse est, ut is, qui principem aut regem offendere dicitur, externis corporis sui membris personæ principis aut regis violentas manus inferat: sola inobedientia, & contemptus mandatorum reddit subditos reos majestatis læsæ. Impii in Epistola ad Hebr. dicuntur sanguinem Christi pedibus conculcare: Qua id ratione fit? certè non per corporis pedes, sed per contemptum & persecutionem Evangelii Christum offerentis. Si quis literas curiæ aut templi valvis, mandato summi magistratus affixas exhiberet, conspueret, luto conspurcasset, aut etiam conscinderet & laceraret, num is in magistratum peccasse dici non posset? Et sacramenta nostra literarum & sigillorum rationem habent, quid igitur dubitamus, eos, qui impuro corde illa ad se rapiunt, graviter in Christum eorum autorem & institutorem peccare, ac reos fieri sanguinis & corporis Christi? Reus dicitur, qui accusatur: quem verò Spiritus S. in verbo accusat? certè nocentem. Itaque cum impii contra Christi mandatum ad se rapiant sacramentum fidelibus tantum destinatum, raptumque contaminant corde, manu & ore impuro, scilicet eos reos agere non potest? Paulus in præsentis textu docet, pios & fideles irreverenter sacra symbola tractantes reos fieri

fieri corporis Christi, quo reatu constringentur plané impii & á fide alieni? Si Deus filios suos, tanquam reos ad tribunal suum citat, quoties non nihil remittunt de zelo & pietate, quám gravis futura est accusatio hostium Dei, impietatem impietate cumulantium?

Nec veró peccatis tantum, sed etiam pœnis implicantur, quicumque sine fide & resipiscencia Cœnam Domini accedunt. Apostolus enim in præsentí textu v. 29. ait, indigné Cœnam Domini accedentes edere sibi iudicium. Judicat autem Deus, tum in hac, tû in altera vita. In hac enim vita etiam pios de zelo non nihil remittentes castigat, idque variis modis, laboribus vocationis parum benedicendo, facultates minuendo, liberos aut familias morbis premedo & per mortem caros & nobis utiles subtrahendo. Habet autem Deus in hisce piorum castigationibus sibi hunc propositum scopum, non ut eos perdat, sed ut á perditionis via eos abstrahat & hac ratione deducat ad agnitionem & fugam peccati. Confirmant sententiam meam hæc Paulina v. 30. Propterea inter vos (notat eos qui seipso non probarunt recté, atque ita indigné ederunt de pane sacramentali) multi sunt debiles & invalidi & dormiunt multi: Si enim nos ipsos judicaremus, non puniremur: sed cúm punimur, á Domino erudimur, ne cum mundo condemnemur. Quód si hoc sit in viridi ligno, in arbore fructus ferent-

te, quid fiet in arido & sterili? Quod si iudicium Dei incipit á domo Dei, quis erit finis eorum qui non parent Dei Evangelio? Et si justus vix servatur, impius & peccator ubi comparebit? 1. Pet. 4. v. 17. 18. Cúm justus in terra persolvat, quantó magis impius & peccator? Proverb. 11. v. 30. Hi certé Corinthii non erant de mundo, nec cum impio mundo damnati, sed erant homines pii: quia tamen frigidi erant in pietate, castigati sunt á Domino: metuant ergo sibi impii & hostes Dei.

Quód si impii, contactu suo sacramentalia signa foedantes, non resipiscant, noverint, plagas hasce temporales initia esse futurarum earumque æternarum pœnarum. Statuit enim Deus diem, quo justé iudicaturus est orbem terrarum, Act. 17. 31. Nemo itaque sibi persuadeat, se effugiturum esse iudicium Dei. Copiam benignitatis, tolerantiae & lenitatis divinæ experiuntur híc impii, per quam Deus illos ad resipiscentiam invitat: si corda sua illi obdurare & obfirmare perrexerint, thesaurizabunt sibi ipsis iram in diem iræ & patefactionis justii iudicii Dei, Rom. 2. v. 3. 4. 5. Juravit enim Deus in ira sua, eos, qui corda sua obdurarunt, requiem suam nunquam ingressuros esse, Heb. 3. v. 8. 11. 18. & cap. 4. v. 3.

Habuerunt etiam Israelitæ Baptismi & Cœnæ sacramentum in aliis signis, re signata manente semper eâdem: verum cúm ex illis impii multi

multi essent, quid utilitatis ex usu sacramentorum habuerunt? nónne gravem Deifenserunt manum, eos in deserto prosternentem? 1. Cor. 10. á v. 1. usque ad v. 12.

Habuerunt Abrahę posteri circumcisionis sacramentum, quid veró illud impiis profuit? quod natura sua bonum & salutis organon fuerat, cessit illis in exitium: Dicit enim Christus, Phariseos circumcisos, esse filios Gehennę, & ab iisdem externé tantum circumcisos, alioquin alienos á federe Dei, per circumcisionem non factos fuisse filios Dei, sed filios Gehęnę duplo magis quám fuerint Pharisei, Matth. 23. v. 15. Nam circumcisio quidem olim profuit Judeis, si Legem in Christo servarunt: si Legis trāsgressores fuerunt, circumcisio facta est illis pręputium, id est, habiti sunt eodem loco quo Ethnici pręputiati, á Deo separati, & alieni á promissionibus federis, Rom. 2. v. 25. Eph. 2. v. 12.

Erat arca federis sacramentum pręsentię & gratię divinę, sed quibus? piis & Deo obtemperantibus: speraverant Israęlitę, si in castra portaretur arca Domini, Palęstinos facillé superatum iri: verum cum illi impii essent, arca illis nil profuit, sed multum obfuit. Nam ab hostibus prostrati sunt, 1. Sam. 4. v. 10. Rursum Palęstini, Domini arca potiti, collocarunt eam in templo suo, sperantes ex ejus pręsentia divinam benedictionem: verum cum essent idololatrę, gravissimé á Deo puniti sunt, 1. Sam. 5. v. 7.

Quis neget, baptismum utilissimum esse in Ecclesia sacramentum, rité & legitimé usurpatum? sed quid profuit Simoni mago, malitia referto ac posito in felle amarissimo & nexu injustitiæ? Non erat illi propterea pars neq; fors in salute: cum argento enim periit, Act. 8. v. 13. 20. 21. 22. 23. Et Joannes Baptista impiis baptismum ab ipso expetentibus denunciavit, si non resipiscerent, inutilem illis baptismum fore: Nam securim admotam esse radici arborum, omnemque arborem fructus non ferentem bonos, excisum & in ignem abjectum iri, Matth. 3. v. 7. 10. Et quantopere Deus irascatur impiis sacramenta tractantibus, passim ex prophetis constat. Saul, impius Israëlitarum rex, sacrificia Deo oblaturus, hoc responsum á Samuele accepit: an delectatur Jehova holocaustis & sacrificiis? 1. Sam. 15. v. 22. Et impio populo dicit Deus: Quorsum mihi multitudo sacrificiorum vestrorum? Satur sum holocaustis, Esa. 1. v. 11. Qui jugulat bovem, percutit virum, qui mactat parvam pecudem, decollat canem, Esa. 66. v. 3. holocausta vestra mihi non sunt accepta, & sacrificia vestra non sunt suavia mihi, Jerem. 6. v. 20. Si obtuleritis mihi holocausta & munera vestra, non accepta habebo, & eucharisticum pinguium vestrorum non intuebor, Amos 5. v. 22.

Cúm itaq; impii sacramenta ad se rapiendo impietatem augeant, iram Dei in se concitent, pœnasq; tum tēporales tum æternas sibi attrahant:

hant: abstineant ab iis, aut, si uná cum Ecclesia illis frui utiliter velint, abjecta impietate se totos Deo tradant.

Quód si impii admonitionibus nostris parere recusant, officium Ecclesiæ postulat, ut eos arceant. Quos enim Deus ipse in conspectu suo ferre non potest, eos ne nos ferremus? Discipulis Christi Cœna instituta est: qui itaque factis declarant, se esse discipulos & mancipia Diaboli, eos longissimé á nobis repellamus: Quod enim est commercium justitiæ cum injustitia, luci cum tenebris? 2. Cor. 6. Beatus est, qui in confessu impiorum & derisorum non desidet, Psal. 1. v. 1. Panis est κοινωμία Christi, qui in κοινωμία Diaboli est, ad esum hujus panis Sacramentalis non est admittendus: qui frater appellatur, turpem autem & flagitiosam vitam agit, cum eo cibus non est sumendus, ne quidem communis & profanus, multó minús esca spiritualis, 1. Cor. 5. v. 11. 2. Thes. 3. v. 6. 11. Et Johannes mandat Christianis, ut Satanæ servientem non salutent, & ne in domum quidem recipiant, 2. Johan. 1. v. 10. 11. Quibus veró domus privatae ex mandato Dei clauduntur, eos ne in sanctam Dei domum introducemus? Sed intueamur in tali casu, Dei patris nostri exemplum, illudque nobis imitandum proponamus. Dederat ille primis parentibus nostris arborem vitæ: σφραγίδα & signaculum vitæ spiritualis primis parentibus concessæ & in æternum conservandæ,

si Deo adhererēt: cū veró illi á Deo defecissēt, seq; vita spiritali orbassēt, paradisosunt ejeti, negatumq; est illis signum sigillumq; vite, Gen. 3. v. 24. Nec Deus ad esum agni paschalis admitti voluit impios & á fide alienos: Mandavit enim, ut alienigenæ, id est, idololatræ separati á populo Dei arcerentur, Exod. 12. v. 43. Ideo fermentum ædibus expurgari voluit, Exod. 12. v. 48. eâ ceremoniâ docens, domum Dei esse repurgandam á fermento malitiæ & nequitiae, 1. Cor. 5. v. 8. Et Josias janitoribus templi mandaverat, ut in illa Sacramentali actione templo excluderentur, quicunq; immundi fuissent judicati, 2. Paral. 23. v. 19. Patet etiã ex Esdræ cap. 6. v. 21. solos mundos ad celebrandum paschatis convivium fuisse receptos. Huic agno paschali successit Cœna Domini: ut ergo ad illud palám impii non sunt admissi, ita etiam ab hac homines infideles sunt arcendi.

Cæterúm vult Deus in publico cultu impios á piis separari, 1. sui ipsius, 2. piorum, 3. ipsorum impiorum causa.

1. 7. Sui ipsius causa: ne patronus & fautor impiorū habeatur. Cū enim panis sit κοινωνία Christi, quis non videt, impios ab Ecclesia alienos hinc sumtuos esse occasionem Christum blasphemandi, quippe qui in κοινωνίαν, cōmunionem & amicitiam eos recipiat, qui palám sunt impii. Ὁμοίω δὲ ὁμοίω χάρσει. Ne itaq; nomen Dei inter gentes blasphemetur, blasphemii & profani sunt

sunt ab hoc sacro epulo prohibendi. Sanctus ipse est, itaq; sanctos quoq; convivas requirit: non enim est Deus, cui placeat impietas: omnis iniqué agens coram eo subsistere non potest, Psal. 5. v. 5. Psal. 45. 8. Habac. 1. v. 13. Huc faciunt illa Dei, Psal. 50. v. 16. Quid tu enarras decreta mea, & assumis fedus meum in ore tuo, cum tu oderis disciplinam & projeceris verba mea post te? simul ac vides furem, acquiescis ei, & cum adulteris est portio tua. Hæc te faciente, quia agebam furdum, cogitas me prorsus esse similem tui. Si quis ad solenne convivium invitaret pios & honestatis studiosos homines, simul autem se ingereret infamis lictor aut carnifex, nōne paterfamilias & convivæ putabunt, sibi maximam esse ignominiã illatam? Atqui Cœna est solenne convivium á Deo institutum: huic ergo qui se intrudunt, Deum & pios magna afficiunt ignominia & infamia.

Quin etiam vanus & levis (absit blasphemia dicto) Deus cōstitueretur, si minister Ecclesiæ, fungens Dei legatione, infideles & impios ad Cœnam admitteret. Quid enim sunt Sacramenta? nōne figilla & signa federis, justitiæ, fidei ac promissionis gratiæ? Hæc si dantur homini, promittitur ei simul justitia fidei, in federatorum numero habetur, & promissio gratiæ applicatur. Cæterum cum Deus impio gratiam suam non promiserit in verbo, nec eum in fedus susceperit: in Sacramēto autem hæc omnia

præstentur & confirmentur: nõnne sic Deus per legatum suum modò ait, modò negat, & in verbo quidem dicit impio, non es in federe meo, non habebis justitiam fidei. in Sacramento verò dato dicit, tu es in federe, tu habes justitiam fidei: sed abominatio est coram Deo, qui injustum absolvit, Proverb. 17.

Quibus ergo Deus nil in verbo promisit, illis etiam per Sacramenta nihil est obfignandum.

Atqui in verbo Deus nihil promisit impiis? Ergo nil etiam per Sacramenta illis est obfignandum.

11 Piorum causa: ne scilicet ab impiis inficiantur. Quis mundus leprosum in quotidianam familiaritatem assumeret? Qui pastor bonus ovem scabie infectam & porrigine correptam in grege ferret? Quid quòd pii pœnis impiorum, quibus cum conversantur, sæpenumèro implicantur? Eas ut effugere possint, impii ferendi non sunt. Hac causa motus vult Apostolus, ut Corinthii ejiciant Ecclesia incestuosum eum que tradant Satanæ extra Ecclesiam dominantem: eò quòd paullulo fermenti tota massa fermentetur, 1. Cor. 5. v. 6. Sirac. 13. v. 1. Quid quòd hæc severitatis exempla reliquis in Ecclesia viventibus timorem incutiunt, sicq; monent, ut à simili impietate abstineant, ne eadem ratione confundantur? Ideo Paulus vult, publicè peccantes publicè reprehendendos esse, ut reliqui timeant, 1. Tim. 5. 20. Impio-

*Deus nymine Excludit nris
q' de istum Excludit s' sancta r'p' chirog'ia
199, no deleto, aguis X'p'is
Impunita*

Impiorum causa: ne si reprobi sint, peccata
 cumulando seipfos gravioribus onerent pœ-
 nis: Gradus siquidem pœnarum sunt inferna-
 lium: qui plus peccaverit, plus etiam punietur:
 qui minús peccaverit, minores & tolerabiliores
 sentiet pœnas. Magnum itaque hoc dilectionis
 argumentum est quód eos á Cœna arcendo, o-
 peram damus, ne supplicia æterna sibi aggra-
 vent. Quód si impíi electi sunt, arcentur á Cœ-
 na, ut caro interimatur, spiritus autem salvus
 fiat, 1. Cor. 5 v. 5. Ita Sacramenti negatio non est
 hostilis, sed fraterni animi, non interitú, sed sa-
 lutem impiorum quærentis argumentú. Con-
 funduntur ad tempus, ut ab æterna confusione
 liberentur. Itaque sæpiús hoc inculcandum est
 Ecclesiæ, indigné de Cœna edentes accersere si-
 bi iudicium.

Ergo Cœnam Domini accedant discipuli
 Christi mortem Domini recordantes & lau-
 dantes & fidei confirmationem quærentes, se-
 que ipfos probantes, an sint in fide & vera resi-
 piscencia: reliqui á fide alieni á Cœna absti-
 neant: si se intrudant huic sacræ
 actioni, arceantur,

FINIS.

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Faint, illegible text at the bottom of the page, possibly bleed-through.



Fg 1815

(X2272567)

Sb.

m.c.

tenis ubi crucifixus est ih̄c.
Et erat scriptum iudeorum.
græc. et latine. Dicebant
ergo pylato pontifex iude-
orum. **N**oli scribere rex iudeorum.
quia ipse dixit rex iude-
orum. Respondit iulianus.
Quod scripti sunt. Quibus
ergo cum crucifixus est eū.
acceperunt uestimenta eius
et fecerunt quatuor partes
uniusque unam partem. **E**t


et discipulū stantem qui
dicitur gebas. dicit unam suam
Mulierem filius tuus. **D**e
inde dicit discipulo. **E**cce ma-
ter tua. **E**t ex illa hora acce-
perunt eum discipulus in sua.
Postea sciens ih̄c quia om-
nia consummata sunt. ut
sumaret scripturam dicit.
Sicco. **V**as ergo positum
erat aceto plenū. **I**lli autē
spongiam uilenam aceto et

uino in spongia

uino in spongia

uino in spongia

uino in spongia



ASSERTIO *by Prof. Pincioni*
SACROSAN-
CTI TESTAMENTI
CHRISTI CONTRA MY-
ΣΤΗΡΙΟΜΑΧΟΥΣ: *Pro Altaribus 14.*
IN QUA EXPLICATUR *Pro Uirginitate 73.*

- I. *Que sint antique Cæna Dominica ce-
remonia & ritus.*
- II. *Qui sint ejusdem precipui fines. Adcedit, ut
impleat oia. 82.*
- III. *Qualis sit corporis Christi manduca-
tio, & an corpus Christi crucifixum
in escam piis propositum acceperit
propria Deitatis attributa.*
- IIII. *Qui Cœnam Domini accedere, & qui
ab ea abstinere, vel, si accedant, ar-
ceri debeant.*

*De vita in sacramentis cum Chri conjunctione
per Joann. Caspar. Lavatio. ex archiepisc. Leuwx 80*
PER JODOCUM NAUM SÜNTZHEI-
menssem, Ecclesiæ Sigenensis
ministrum.



SIGENÆ NASSOVIORUM
Ex officina Christophori Corvini.

MDLXCVI.